difficile, etiam ex eo, q̃ multi docent etiam de peccatum veniale esse incompensabile, ab oi opere bono puræ creaturæ, eum a. altro se se gravius malo, licet sit juncta cum ignorantia vel inadvertentia Dei invincibili, sit peccatum gravius quocunq veniali etiam facto cum clara Dei cognitione et advertentia, eo q̃ sit gravius ex ratione et hac ratione, et ideo gravius Deo displicetur, ita vero q̃ cum peccatum veniale, sit levior, ita rationem et nam rationem, atq deinceps Deo leviter displicetur, nihilominus hoc, sit et incompensabile, a quocunq puro bono, credibilius erit actionem per se gravius malam licet juncta cum ignorantia vel inadvertentia Dei invincibili sive peccatum mortale separatum ab offensa Dei esse incompensabile a quocunq bono opere puræ creaturæ.

A.P.T. V.

An quis homo possit condigne satisfacere pro reatu poenæ debitæ peccato mortali?

Homine reatus poenæ debitæ peccato mortali illius obnoxio passive nec debitum subeundi poenam æternam, cuius est damnum respiciens ex peccato mortali, q̃ debitum est nexum cum huiusmodi peccato certum est apud omnes Catholicos. pro resolutione a. propositæ difficultatis advertendum est dupliciter fingi posse q̃ is qui peccavit mortaliter habet reatum poenæ æternæ. primo ita ut simul cum eodem debito sit adhuc in peccato mortali habituali et adhuc sit inimicus Dei. deo ita ut culpa mortalis remissa adhuc in eo qui peccavit debitum æternæ poenæ persueret, sive id sit possibile per absolutam Dei potentiam, ut cum Scotus vellit Suarez tomo 4. in 3 partem disp. 10 sect. 2. num. 9. sive id sit impossibile, ut alij sentiunt.

Dicendum est primum hominem posse condigne satisfacere pro reata poenæ æternæ debitæ peccato mortali, in hac re veniamus cum D. Thoma in 4 dist. 14 q. 2 art. 1 quæstiuncula 2 in corpore et ad primum et ad 2um. Suarez disp. citata sect. 3 num. 22 et alios. hoc a. docet et ita Alexandrum Alensem et Paludanum, qui eum dicunt, ut dictum est supra cap. 3. verum hominem posse condigne satisfacere pro peccato mortali, et coherenter procedant se dicunt dicere eundem hominem posse condigne satisfacere etiam pro poena æterna debita peccato mortali, cum nihil sit condigne satisfacere pro poena quam pro culpa cui illa debetur.

Probant aliqui propositionem hoc modo: omnes opera puri hominis habent valorem solum finitum ad satisfaciendum, et propterea non potest condigne satisfacere pro poena infinita, qualis est æterna, et quia debetur peccato mortali.

Sed ita hanc rationem, quia Deus potest opera puri hominis habere quidem valorem finitum ad satisfaciendum eo q̃ habent valorem satisfactionis simpliciter infinitum, cum hoc tamen stare potest q̃ opera puri hominis possint condigne satisfacere pro poena æterna, es q̃ operas bona puri hominis habent valorem

finitum

finitum simpliciter et infinitum secundum quid, ita ut possint secundum eandem valorem et proportionata poenae aeternae, sicut etiam merita nra licet finita simpliciter proportionantur gloriae aeternae quam merentur.

Pbt igitur eadem proportio hoc modo: si purus homo potest dignie satisfacere pro poena aeterna peccato mortali debita, maxime ut per attritionem, sed per eam n potest. Maior patet, ja attritio est actualis et expressus dolor de peccato et offensa Dei mere ora, ac proinde purus homo nihil habet agere ad satisfaciendum pro poena aeterna peccato debita, sicut etiam purus homo si potest pro ipso peccato satisfacere maxime id potest per attritionem. Minor pbt: ga si purus homo per attritionem potest dignie satisfacere pro poena aeterna, quando quis per attritionem iustificat eo ipso per eandem attritionem satisfaceret pro tota poena temporali peccato debita, hoc a. est falsum, ga David post homicidium Uriae per attritionem iustificatus est, ut ipse exhibet, tunc nullum erat Sacrum per quod iustificari potest, et per sequens n potuit iustificari nisi per attritionem, eo quod adulti iustificandi extra Sacrum nec fiat nec facta sit unquam nisi per actum dilectionis Dei vel per attritionem, ut puto ex eorum sensu Theologorum, nec tn David per actum dilectionis Dei vel attritionis satisfecit pro tota poena temporali sibi peccatis debita, ut patet ex 2 Regum cap. 12 et ja et infra non magis explicabimus, ergo a. si purus homo potest per attritionem dignie satisfacere pro poena aeterna necessario sequitur iustificatum per attritionem satisfacere pro tota poena temporali debita peccato, et ita si purus homo ut per attritionem dignie satisfaciat pro poena aeterna. Et tamen habet valorem sufficientem ad satisfaciendum pro eadem poena. Et multo magis valorem ad satisfaciendum pro tota poena temporali et per sequens pro eadem satisfaciet, quod tn falsum stat ex attritione ignis Davidis, de qua supra dictum est.

Rdetur attritionem Davidis n fuisse sufficientem ad satisfaciendum pro poena temporali debita peccato mortali illud, ja scilicet acceptatum non sit ut digna satisfactio pro poena aeterna, nec tanta. Cet ia gnre satisfactum ut sufficeret pro tota poena aeterna et pro tota temporali simul.

Sed tra est ja de facto poena aeterna gratis remittitur etiam quando per attritionem homo iustificat, ut communiter docent Theologi. Et si attritio sit sufficiens satisfactio pro poena aeterna, cum Davidis attritio n fuerit acceptata in satisfactionem pro poena aeterna potuit esse digna satisfactio pro tota poena temporali debita. Consequens n videtur indigere probatione. Ans a. ut ultimus est certum apud Theologos. Iterea pbt: ga si attritio est digna satisfactio pro poena aeterna debita peccato, vel est digna satisfactio in priori ratione in quo ipsa est, nec dum illigitur esse gratia iustificans, vel in posteriori ratione in quo ipsamet attritio illigitur esse iam informata per gratiam habitualem. Sunt dici n pt. ga in illo priori rationis illigitur remissum peccatum, ac proinde nec in illo priori potest esse satisfactum pro

poena

poena aeterna debita peccato do ndum illigat, remissum. neq dum dici pt,
qa per infusionem grae poena aeterna gratis remittitur, cum e. in grae
sit quasi ius qdam ad gloriam e beatitudinem aeternam, e cum ea sit incom=
possibilis poena aeterna, esse per infusionem grae necessario saltem de lege
ordinaria remittitur poena aeterna, ac proinde pro ea per attritionem n satisfit.

2do ntra responsionem suprradatam e, qa poena temporalis quae
post contritionem remanet solvenda pro peccato remisso e pars poenae
aeternae vel totis aequalis alicui certae e finitae parti poenae aeternae.
Qi attritio e sufficiens satisfactio pro poena aeterna e etiam sufficiens
satisfactio pro tota poena temporali debita pro peccato remisso.

Qdeni do pot argto ad probandam relicem supprfactam attritio=
nem Davidis n satisfecisse pro tota poena temporali debita, eo qd n habue=
rit intentionem ad de requisitam, vel certe eo qd ea attritio n fuerit in=
formata grae, cum fuerit tm in pro instanti satisfactionis et aliquid nda
prig ipsa grae.

Sed ntra priorem partem huius responsionis e, qd si attritio pt esse
sufficiens satisfactio pro poena aeterna, debet verificari de attritione
in aliquo gradu certo intensionis, cum intensionem attritionis repugnet
e infinitam, et supponitur ex communi sentia negante infinitum de possibile.
E si attritio Davidica n fuit secundum intensionem aequalis attritioni, quae
e sufficiens satisfactio pro poena aeterna, certe habuit proportionem ad illam
sta et illam eandem ipsa aucta secundum certas e finitas partes intensionis
potuerit adaequare, ade sicut pars poenae certa e finita modo de eadem
quantumvis multiplicetur nunquam pt adaequare poenam aeternam nec
det eam hi proportionem, ita attritio quae e sufficiens tm ad satisfaciendum
pro aliqua poena temporali nunquam poterit quantumvis aucta ada=
quare intensionem attritionis sufficientis ad satisfactionem pro poena
aeterna, ac proinde haec attritio erit infinita, qd repugnat. Contra poste=
riorem vero partem responsionis e, qa cum dolor e attritio Davidis ingens
fuerit n e probabile, imum actum attritionis eiusdem Regis duravisse
tm per instans, e cum etiam post infusionem factam in pro instanti ipsius
attritionis iuvarit vere fuit informata grae, e per sequens n ex defectu
informationis facta per gratiam attritio fuit insufficiens satisfactio pro tota
poena temporali debita pro peccato Davidis iam remisso. deinde ntra
eandem responsionis partem e, qa n videt poe negari eiusdem Prophetam
repetisse e judem hoc actum attritionis, et dicat ex multis psalmor.
locis e praeque ex ps. 50. Ego saltem illig attritio quae mam secutae ac
post illam fuit n carnit informatae grae, nec tn illa fuit sufficiens ad
satisfaciendum pro tota poena temporali, et dicat ex ipsi praecit. script. locis,
e praeque ex illis verbis Nathan Prophetae quamobrem n recedet gladius de

domo tua

domo tua in rem æternam, qd ita verificatum è vt post plurimorum
Pauli posterorum necem tandem ois ex illis gnre progenitis Traiano Im-
peratore interfecti sunt. denique vtra eandem partem responsionis è, qa
etiamsi Pauli vtritio duraret tm per indians è prior nda fuerit res-
pectu grae nempe vt eius disportio, nihilominus in eodem indanti tem-
poris ptio, qui habuerit ipsi vtritionis ac informauit, vtritio a vt inform-
ata per gratam fuit hda posterior ipsa grae, ac proinde h pt negari vtrisi-
onem Propterea fuisse, dignam satisfactionem pro tota poena temporali,
eo qd h fuerit informata per gratam, quemadmodum a. vti sumus vtritione
Pauli ad probandam nram rem, ita etiam potuissemus vti poenitentia
Ninivitarum de quibus meminit Scriptura.

Confirmat, ratio supraallata, qa si quis hoc pnt digne satisfacere
pro poena aeterna debita peccato mortali, sequitur h pte hominem iustificari
per vtritionem quantumuis remissam qui in satisfaciat digne pro tota
poena temporali, sibi debita, atqui hoc vtra eorum sensum. Minor
pt. Maior pt, ita si quis hoc potest digne satisfacere pro tota huiusmodi
poena maxime, dicitur vt dicimus, per vtritionem è quidem finitam, cum
infinita sit debitis, eo qualibet vtritio quantumuis remissa hit proportio-
nem equaliter finitam è limitatam, è per sequens etiam ad vtritio-
nem ~~satisfa~~ sufficientem ad satisfaciendum pro poena aeterna. & sicut
vtritio quantumuis remissa hit proportionem ad vtritionem sufficientem
ad satisfaciendum pro poena aeterna, similiter poena pro qua vtritio
quantumuis remissa, è et sufficiens satisfactio haberet proportionem
~~cro~~ cum poena aeterna, sed nulla poena finita pt habere proportionem cum
poena aeterna. & etiam poena pro qua vtritio quantumuis remissa
pt ie sufficiens satisfactio è et aeterna, è per sequens qualibet vtritio
licet remissa, è et sufficiens satisfactio pro qualibet poena temporali è
finita, eo qd è et sufficiens satisfactio pro poena maiori è maiori abq ei
proportione.

Obicies: pt hoc iustus per bonum opus merere praemium aeternum
Ergo etiam pt per bonum suum opus satisfacere pro poena aeterna.

R negando seq: ratio disparitatis è qd nihil è qd teneat ne iustus
per sua bona opera mereatur praemium aeternum, vtra vero peccatum
mortale, teneat ne per bona opera post pure hoc satisfacere pro poena aeter-
na è debita eidem peccato, qa aliquis in istum peccatum nisi aestimaretur
è minus timeretur, si hoc iustus per bonum opus pt digne satisfacere pro
poena aeterna, siquidem hinc de facto sequeretur qd eo casu qd hoc iustificare-
tur per vtritionem vel dilectionem Dei quantumuis remissam digne
satisfaceret etiam pro tota poena temporali debita, pt patet ex dictis, è
eo peccatum minus timeretur quam par sit.

Ex dictis

Ex dictis colligitur parum hominem non posse dignè satisfacere pro pœna æterna cuius reatus per absolutam Dei gratiam remanserit post remissionem peccati, è multo minus hoc dignè satisfacere pro eadem pœna æterna peccato non remisso.

AP. J. VI.

An purus homo possit condignè satisfacere pro peccato veniali?

Hæc etiam difficultas examinanda è et definiri potest an Christi Incarnatio fuerit necessaria etiam ad nos liberandos a peccatis venialibus. Porro cum peccatum veniale possit esse simultum cum peccato mortali, et adesse in peccatore, è posse esse a mortali separatum, et stingit in Iustis, ideo etiam sensus propositæ difficultatis it esse duplex, alter è: an purus homo existens in peccato mortali possit dignè satisfacere pro peccato veniali; alter è: an purus homo Iustus possit dignè satisfacere pro huiusmodi peccato?

Pro solutione supponendum è etiam peccatum veniale posse esse separatum ab omni offensa Dei tum affectiua tum effectiua solali, sicut supra dictum è de mortali, et stingit cum quis mentitur v. g. cum ignorantia vel inadvertentia Dei invincibili, advertens tm mendacium esse repugnans dictamini rationis, quapropter possens stroueria et illaqueationem de peccato veniali manet cum ratione levis offensæ Dei, tum de peccato separato a ratione solutæ offensæ, verum ex iis quæ dicemus de hac stroueria sumpta in priori sensu colligi poterit quid dicendum sit de illa accepta in posteriori. his premissis, ma sententia negat purum hominem Iustum posse de dignè satisfacere pro peccato veniali. tradit cam Petrus de Soto lib. de institutione sacerdotis lect. 18 de pœnitentia, pro eadem sententia ita Soto refert D. Thomam 3 parte q. 87 art. 4. rationes a. quæ pro hac sententia possunt afferri dissoluemus infra. Ex sententia affirmat purum hominem Iustum posse dignè satisfacere pro peccato veniali. ita Paturang in 4to dist. 16 q. 1 num. 27 et segg. Suarez tomo 1 in 3 partem disp. 4 sect. 11. Vasquez similiter tom. 1 in 3 part. disp. 3 cap. 3. eandem sententiam videtur D. Thomas q. 87 art. 3 ad 3tum, vbi simpliciter dicit remitti peccatum veniale in virtute alicuius satisfactionis, videntur etiam facere pro hac sententia omnes illi qui docent per attritionem vel per actum stritionis aut charitatis posse remitti peccatum veniale indequidenter ab omni dmto, inter illos a. Gabriel in 4 dist. 27 q. 3 art. 2 d 3. Maior q. 1. Medina tract. de pœnitentia q. 3 et alij, quos videre esset apud Suarez loco citt. hæ vero omnes sententiæ loquuntur de peccato veniali simpliciter dicto, hoc è, patrato cum advertentia Dei, et ergo loquuntur de homine Iusto, i. e. homo existens in peccato mortali non posset dignè satisfacere pro peccato veniali, ita vt etiam post eandem satisfactionem remaneat in peccato mortali, videl.

Ex certum

ee certum, qa n ē ꝛgruum vt inimicus Deo posit satisfacere ei pro of-
fensa vel peccato leui antequam tollat inimicitia intercedens inter
ipsos.

Dicendum ē cum ꝛdo sentia, purum hōem iustum poe
ꝛdigne satisfacere pro peccato veniali simpliciter dicto.

Probat hanc proportionem haereticus hoc modo: peccatum veniale
propriē ē liuiter n ē offensa Dei, ꝛgnidem n ē ꝛtra Deum sed tm ꝛter
Deum & peccatum veniale n it ex dignitate Dei adeo crescere vt n posit
adaequari per satisfactionem puri hois.

Sed ꝛtra haereticum, qa peccatum ē offensam Dei nihil aliud,
vt ꝛdtur ex dictis, quam illud ē ꝛtra voluntatem & preceptum Dei peccatum a-
veniale vero ē ꝛtra preceptum & voluntatem Dei & n tm ꝛter Dei voluntatem
aut preceptum, ꝛgnidem peccatum veniale Deus vult n fieri factum, ei dis-
pliceat & ab eodem punitur, ꝛgprinde, liuiter ē offensa Dei, si eius cognitio
n deest, n quidem gravis sed leuis.

2do ꝛtq; probat cap. cit. ꝛtium, qa satisfactio pro peccato veni-
ali n includit liberalem donationem debiti carendi auxilijs necessarijs ad satis-
faciendum pro peccato veniali, qa iustus n meretur qa peccatum veniale ca-
rentiam eorundem auxiliorum, & ideo nihil deest huic vt purus hōs iustus
posit digne satisfacere pro peccato veniali.

Sed nec hoc ꝛtio ē firma, qa male supponitur liberalem donationem de-
biti carendi auxilijs necessarijs ad satisfaciendum pro aliquo peccato sufficere ad
impediendam dignam satisfactionem pro illo, vt ꝛdtur ex dictis.

Pt. igit. ꝛportio: qa sicut in humanis filius ipse suis obsequijs digne
satisfacere patri pro iniuriosa offensa ipsi facta, ita iustus cum sit filius adoptiuus & e
hares Dei debet poe suis obsequijs Deo digne satisfacere pro suo peccato veniali qd e
leuis offensa Dei & ē incompatibile cum ingressu in haereditatem vitae aeternae,
aliqui sicut peccatum veniale n poet tolli nisi a Deo gratis ex misericordia,
ita Deus ob demeritum solius peccati venialis ipsum filium adoptiuum poet iuste sine
ex iustitia vindicatiua in factum denegare iusto & filio adoptiuo remissionem
peccati venialis & ipsam haereditatem, ato peccatum veniale meritum ē de se
impedit iusto pro tota aeternitate secundum haereditatis, qd e absurdum, vt
per se ipsum ꝛtet; ꝛtet si dicas eo igito qd iustus per bonum opus meretur gloriam simul
cum de digno merit remissionem peccati venialis, & ideo n sequitur praetum
absurdum, ꝛtra ē, qa si iustus suo bono opere meritorio vitae aeternae simul
de digno meretur remissionem peccati venialis sequitur bonum opus puri hōis
iusti poe ē dignam satisfactionem pro peccato veniali, sicut Christi opera fa-
cerunt digna satisfactio pro nris peccatis, qa de digno nobis meruerunt illo-
rum remissionem. 2do pt. qa de ratione amicitiae ē vt offensae leves & inevi-
tabiles inter amicos possint ab amicis compensari & deleri obsequijs quantitatis

digna

digna, ita prona leuiter offendi, & purgatio hominis amici Dei sit dignior satisfacere pro peccato veniali de leui offensa Dei, & magis inexcusabile. Iusto quam ita excusabilis amici offensa amici. Sic ita ex humanis, si quis e. cet qui qualibet leui iniuria vel offensa affectus nullis amici offensoris obsequijs placari poet is censeretur nimis durus ac difficilis & idcos vix aut ne vix quidem amicos reperiret. Tertio ita: ga e nimis durum asserere, incredibile ga th, ut ita, tenentur admittere aduersarij, ga restitutio vel hoc interesse de mendacio v.g. qua quis martyrium toleret atrocissimum n esset sufficiens satisfactio pro eodem peccato veniali, cum idem peccatum sit leuis offensa. Dei martyrium Deus eluerint facere, vt colligit ex illis psal. 115 verbis: pretiosa in conspectu Dni mors sanctorum eius, quae verba ab Ecclesia applicantur neci martyrum, & eadem nec illegitimiter ab oibus fere PP. quos citator habet, apud Lorinum in eundem locum, vt a. dictum e de restitutione respectu mendacij, etiam sit de restitutione respectu aliorum peccatorum venialium, vt ita.

Obiicies: Patres, vt idat ex Pontifaciis cap. 3 & 4. vrbiter docet de peccato qi nullum bonum opus puri homis ut pretium aequalem pro illo & id debet verificari etiam de peccato veniali.

R negando neg: nia e, ga Patres loquuntur vrbiter tm de peccato simpliciter & absolute sumpto vel sine addito, per huiusmodi a. peccatum solu illegit peccatum grave seu mortale, vt ita ex eo qd v.g. furtum simpliciter acceptum e sine addito dicitur e peccatum mortale, nde ex hoc verificatur de furto solum venialiter malo nde parcitatis mda vel imperfecta solubemus.

Obiies: S. Ioannes epist. 1 cap. 1 nde precepi simpliciter prolato comprehendit etiam peccatum veniale, ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

vt idat ex his verbis: si dixerimus ga peccatu n habemus ipos nos seducimus & etia dicentu erit PP. per peccatum simplr illegere etia peccatum veniale, aqi proinde pura creatura nec pro hoc peccato poterit satisfacere. R in interpretade Sc. verba illis accedenda ec simplr, nisi aliqd ergo eundem Sc. clarior vel manifesta ratio obstet, atq idem dicendum de Patrum locis ni contra aliorum PP. sentq aut ratio manifesta obstat, atq nihil obstat quo minus verba PP. negantiu purum hoie pro digne satisfacere pro peccato accipiant simplr, ita vero manifesta ratio obstat qdo minus verba Ioan. adipiat simplr, cum e. dicat ga peccatum n habemus e. qua verbos solu comprehendat peccatum qdi cadem post adventum Spiritus S. caruit reato mortis, idcon ita illegi de peccato mortali simplr, sed illegendu qdo de peccato contra ad mortale & veniale.

Obiies: idem Ioa. l. cit. ait: si confiteamur peccata nra fideles e iustus vt remittat nobis peccata nra & etiam peccata venialia gratis remittuntur. R licet Ioan. illis verbis ga peccatum n habemus e. loquatur etiam de veniali, cum th dicit: si confiteamur et

bene ita

bene ꝓt illigi de solis peccatis mortalibus, neq; e ulla necessitas cur verbum illud
accepta, n accipiat similr cum verbum Joan. hic ꝓt ee sensu minime volentes
si habemus peccata mortalia atq; de his poenitentiam agamus Deus illa remittit
forma ex loquendi ita traditionata, per / si n supponit in stylo fieri, pectus mortale.
Objicies 2do: Patres interdum loquentes de peccatis in vrum docent ea re-
mitti a Deo sed ergo peccata venialia, ꝓut solli per dignam satisfactio-
nem pari hominis, ergo vbi dimissio n ꝓt ee digna satisfactione, sequitur remis-
sio dicit donationem, vt ꝓtt ex eo ꝓ dicimus remitti debitum quando gratis
donatur, sicut igitur remissio includit donationem, ita satisfactio eam ex-
cludit.

Ad negando seq: quando ex. Patres in vrum docent Deum remit-
tere peccata, vel loquentur tm de peccatis simpliciter, id e, mortalibus, vel
tm volunt significare peccata, siue mortalia siue veniali, a nomine re-
mitti, id e, gratis sed absq; ulla digna satisfactione donari nisi a Deo, sed
e regressimum, e locum ht etiam in venialibus, nimirum per sinta remis-
sis; vel sensu Patrum e ꝓ Deus remittat ea peccata etiam venialia pro
quibus hō satisfacit per actum bonum vt strictionis, quatenus ipse Deus
vel remittit illa per suam gratuitam, vel ipse e gratuita e principalis
ea strictionis e actus boni per quem ipsum peccatum foaliter deletur, hic
ex quari poet: an sola strictio de peccato veniali int digna satisfactio
pro illo: an vero etiam per alios actus bonos poim dignè satisfacere
pro peccato veniali? verum n e huius loci disputare de hac re, cum ad
vrum institutum, sufficiat purum hominem ꝓe dignè satisfacere pro
peccato veniali saltem per actum strictionis

Objicies 3tio: si purus hō poet offerre Deo dignam satisfactionem
pro peccato veniali per eandem satisfactionem peccatum veniale foaliter
deleretur, sed hoc e absurdum e. Maior ꝓtt. Minor ꝓtt: qa si iuri hōis
satisfactio pro peccato veniali foaliter tolleret idem peccatum, sequeret
verū dici ꝓe ꝓ hō deleat suum peccatum veniale, cum tm delere peccata
maneatur e proprium Dei.

Ad transeat maior, dico a. transeat qa licet nobis videat
vera, poet tm quis asserere purum hominem ꝓe dignè satisfacere pro peccato
veniali quatenus per aliquem actum suum bonum ꝓt de digno meteri
foim per quam ipsum peccatum veniale foaliter deleatur, ad quem
int e hac re, dicimus ex eo ꝓ nodum objectionem tm sequi ꝓ iustus
solum tanquam ea instrumentalis poet delere suum peccatum veniale,
vt per strictionem qa cum actus boni qui e digna satisfactio pro peccato
veniali, sit supernaturalis, hō ac cum sumit solum tanquam ea instru-
mentalis, vt suppono ex mta de gra, Deus a. tanquam ea principa-
lis, e ideo etiam in casu dicto Deus tanquam ea principalis delebit

peccatum

peccatum veniale, quare ex ista relatione nihil absurdi sequitur, cum ea sola adhuc soli Deo maneat id ipsi e proprium, nempe quia solus tanquam eo principalis delectat etiam peccatum veniale.

Obiices 4to: purus homo non est idoneus satisfacere pro peccato mortali quatenus includente offensam Dei & neq pro peccato veniali includente huiusmodi offensam. Conseq: patet: qa ideo supra dictum e purum hominem non posse idoneus satisfacere pro peccato mortali includente offensam Dei, qa huiusmodi peccatum cum sit offensa Dei ex infinita ipsius Dei dignitate e infinito creaturae recessu ab ipso Deo crescit infinite secundum quid, ita ut sit in quodam genere superiori respectu omnium bonorum operum quae potest a pura creatura procedere, atqui etiam peccatum veniale, de quo in presenti loquimur, e offensa Dei & tum ex infinitate Dei tum ex infinito peccantis recessu ab ipsa excellentia debet desumere infinitatem secundum quid e talem gravitatem ratione cuius nunquam potest adaequari a valore satisfactionis quam pura creatura praestare potest.

Respondeo neg: ratio disparitatis & qa licet peccatum veniale ex eo qd sit contra Deum habet infinitatem objectivam quae sumitur in determinate extrinseca a termino infinito simpliciter, e licet intrinsece crescat ex infinita Dei dignitate e infinito peccantis recessu ab ipso Deo, inde tamen (cum sit leviter contra Dei voluntatem) non desumit infinitatem secundam quid respectu omnium bonorum operum puri hominis, quam ex indeo peccantis desumit peccatum mortale, eo qd sit graviter contra Dei voluntatem, ac proinde neq peccatum veniale e in eodem genere vel ordine in quo e peccatum mortale, qd sit ex eo qd peccatum veniale, quantumvis multiplicetur nunquam potest adaequare peccatum mortale, qatenus peccatum veniale ex infinitate Dei e infinito peccantis recessu ab ipso Deo dedituere infinitatem secundum quid respectu offensarum quae potest fieri prona creatura, sed hoc non sufficit ut habeat eandem infinitatem secundum quid vel respectuam quam habet peccatum mortale respectu bonorum operum puri hominis, sicut nec sufficit ut sit in eodem genere in quo e peccatum mortale, quamvis sit peccatum mortale eo qd e gravitter contra Deum habet infinitatem secundum quid respectu nrorum bonorum operum, ut colligitur ex Patribus e aliis supra allatis, sata peccatum veniale e in genere inferiori, ut diximus, neq e unde colligatur illud habere infinitatem secundum quid respectu bonorum puri hominis, imo e unde contrarium inferatur, ut videbitur ex dicendis, ideo dicimus purum hominem posse idoneus satisfacere pro peccato veniali licet sit ignum offensa Dei.

Obiices 5tum: peccato veniali idoneo e inde correspondet poena gravissima purgatorij, quae longe excedit omnes huius vitae miserias

Similiter

Similiter satisfactio digna pro culpa vel peccato veniali debet exa-
cte dem satisfactionem quam pro hoc solo exhibere.

Re nego neg: sed prig dist: Ans poena purgatorij correspondens
peccato veniali excedit omnes huius vitae cruciatus et miserias multiplic
quoad rigorem et gravitatem et secundo, excedit finaliter sive in ratione satisfac-
tionis et nego Ans, sed ea ratione illectum recte negatur stat ex eo quod Iudex in
hac vita per poenas voluntarie susceptas aut voluntarie acceptatas et
digne satisfacere pro poena debita suo peccato veniali, ita, ut nihil
poenae debitae pro eodem peccato sugat illi subeundum, ut accidit multis
Sanctis, quorum Atas ex regularibus scimus ad egressum e corpore rectta mi-
grasse in Coelos, imo in multis Sanctis poenaria voluntarie suscepta aut
voluntarie acceptata in ratione satisfactionis sugabundarent poenae de-
bitae eorundem peccatis venialibus, id a. post imo ex eo quod Iob cap. 6 sic ait:
utinam appenderentur peccata mea et calamitas quam patior in statera.
quasi arena maris hac gravior apparuerit, deinde stat ex eodem certum e
Ecclesiae thesaurum qui per Indulgentias dispensatur stare ex satisfacti-
onibus non solum Christi et Bmae Virginis, sed etiam aliorum SS. ut colli-
gitur ex Clemente 6 in extravag. unigenitus. de poenitentiis et remissionibus,
et expresse docet S. Thomas 4 in 4 dist. 20 q. 1 art. 3 quaestiunc. 1. Bellar-
minus lib. 1 de Indulgentiis cap. 2. Suarez tom. 4 in 3 partem disp. 53 sect.
2 a num. 10 et reliqui Theologi communiter, quos habes apud eundem Suarez ubi
sup. sect. cit. cum ac omnes Sancti post Bmam Virginem habuerint aliquod
peccatum veniale, dicendum est Sanctos illos ex suorum satisfactionibus
stat idem Ecclesiae thesaurus digne satisfecisse pro poena debita suis pec-
catis venialibus, alioquin illis non sugabundassent satisfactiones, cum reatus poenae
debitae peccatis venialibus post Baptismum commissis non gratis sed tantum per
aequalem satisfactionem extinguatur.

Addo rationem cur poena per quam Iusti hic digne satisfaciunt
pro poena debita suis peccatis venialibus, sit in ratione satisfactionis maior quam
sit poena eadem peccatis debita in purgatorio, licet ea sit ~~minor~~ maior malitiae
ea poena in hoc mundo, id est in via tolerata et non voluntarie suscepta. sit
quando scilicet poterat saltem ab eo recusari. ceteris paribus habet maiorem vim
in ratione satisfactionis, quam habet poena purgatorij quae non censet ceteris
paribus ag apta ad satisfaciendum, qua non voluntarie suscipitur, sed infli-
gitur iis qui negarunt illam recusare et infligitur post tempus opportunum
vitae a Deo liberaliter concessum ad faciendam poenitentiam pro peccatis
et ad satisfaciendum pro iis; quo tempore noluerunt uti qui torquentur purgatorio.

Ex dictis igitur stat purum hominem Iustum posse digne satisfacere
pro peccato veniali commisso cum notitia et advertentia Dei, ex his a. sequi
eiusdem hominem posse multo magis satisfacere pro peccato veniali commisso cum
ignorantia

ignorantia vel inadvertentia Dei invincibili qa plg, vt per se ptt, repugnat ad satisfaciendum pro peccato veniali, qd è vera naam racionem, è vera Dei voluntatem etiam finaliter, quam pro peccato veniali, qd è solum vera naam racionem.

CAPVT VII.

An valor operationum Christi fuerit infinitus?

Hanc etiam controversiam hic examinare oportet vt definiri possit, vtrum è quare Verbi Incarnáo fuerit necessaria ad humani generis redemptionem.

Supponendum è 1o. pmo hic n ea sermonem de operaciby quas Chrs vt Deus exercebat ad intra, certum è e. de infinitas, verum cum Chrs neq mereretur neq satisfaceret per illas, sed tm per operaces quas exercebat secundum humanitatem, ideo cum de valore operacium Chri disputatur sermo è de operaciby quas humana Chri náa exercebat, his a. ngre operacium comprehenduntur n solum actiones humanitatis Chri, sed etiam passiones quæ improprie dicuntur operaces, nisi forte ita appellentur raóe alicuius operaois, id, actionis interna quam semper istud: uens passiones meritoria.

Supponendum è 2do Chri operaces n fuisse infiniti valoris, ita vt fuerint composita ex operaciby divinis è humanis, siquidem hæretici è ponere in Chro vnam operacion compositam ex humana è divina, è necesse è qd sicut in Chro vt duæ náe distinctæ, ita et duæ operaces ado diversæ altera Dei altera humanitatis, qd totum stat ex Agathone Papa apud Leonem epist. 10. addo qd cum operáo divina sit actus purus è subtilis, siquidem è ipse Deus, n pt facere vnum cum operaó humana quæ è caducus.

Supponendum è 3tio operaces ab humanitate Chri exercites n fuisse infiniti valoris, ita vt in se physicam habuerint infinitate, qa repugnat dari ens creatum qd physice infinitum sit. his supponitis.

Prima sentia negat valorem operacium Chri fuisse infinitum. ita Scotus in 3tio dist. 19 q. 1 § in istas. Durandus dist. 20 q. 2 è in 4 dist. 15 q. 1. Medina codice de satisfactione q. 1 è alij. hæc a. sentia videtur tenere fundari in hoc qd operaces Chri fuerint aliquid physice finitum qd dependens ab humanitate Chri quæ è aliquid finitum, è ideo n videtur ée capaces valoris infiniti.

2da sentia affirmat. è Paludani in 3tio q. 2 art. 2. Capreoli q. unica art. 1 scliae 2. Suarij disp. 4ta. Vasquez disp. 6 cap. 2. 3 è 4 è aliorum apud Suarez loco citt. è Vasq. cap. 2 è D. Thomæ parte q. 1 art. 2 ad 2dum vbi docet ad dignam satisfactionem pro nris peccatis fuisse necessarium vt actus satisfacientis haberent

efficaciam

efficaciam infinitam ex eo qd eet actio Dei e hois, nnulla etiam alia loca ex eodem S. Doctore referri solent ad ostendendum illum fuisse in hac sentia, sed illa facile trahi pont in alium sensum.

Dicendum e cum 2da sentia operaoes Chri habuisse infinitum valorem nempe in raoe satisfactionis.

Probant aliqui propositionem hac raoe: vel operaoes Chri de se valebant ad satisfaciendum iuste e aequaliter pro quibuscunq peccatis quantumuis ea in multitudine e grauitate augeant in infinitum, vel non, si dicat hoc 2dum E peccata pont tm multiplicari vt ad satisfaciendum pro illis ad aequalitatem n sufficeret Chrs, qd e ctra modum loquendi Scripturae e PP. vt infra ostabit, e per sequens ctra veritatem; si dicatur imum, ad id requiritur infinitas valoris in operade satisfaciendi, qd exemplo ostendit. nam si eet pecunia tanti valoris quae sola sufficeret ad emendas quascunq res quantumuis in numero e pretio crescerent, huiusmodi pecunia eet infiniti valoris, similiter charitas habitualis sufficiens ad eliciendos actus intensiores e intensiores in infinitum eet infinita intensa.

Sed ctra hanc raoem e, qa responderi pt: vt operaoes Chri sint sufficientes ad satisfaciendum pro peccatis quantumuis ea crescat in numero e quantitate n ee necessarium vt valor operaoum Chri sit infinitus simpliciter sed tm secundum quid ita vt sit in ordine superiori, sic e. fieret vt idem valor semper adaequaret malitiam e grauitatem oium peccatorum poibilium, qa scilicet peccata quantumuis crescerent numero e quantitate semper eet in ordine inferiori improportionato respectu valoris operaoum Chri, sicut meritum praemij naalis quantumuis magis ac magis crescat secundum suam pfectionem vel multiplicetur, nunquam tn pt adaequare meritum praemij supernaalis, e sicut bona opera purae creaturae quantumuis crescat vel multiplicentur nunquam pont adaequare malitiam vel grauitatem peccati mortalis.

2do probant aly eandem propositionem hac raoe: valor operaois crescit ex dignitate psonae operantis, sed psona operans in Chro e infinitae dignitatis & Chri operaoes bt infiniti valoris simpliciter. Minor e certa. Maior pbt ex Patribus dicentibus operaoes Chri ex dignitate psonae diuinae fuisse Deificatas e idcirco eas appellant Theantricas, id e, Dei viriles. vide Dionisij epist. 4 ad Caium. hac raoe inter caeteros vtitur Suarez disp. 4 sect. 4.

Sed ctra hanc raoem e, qa facile negari pt sseq: calculo e. Ma fallit in multis, vt pbt ex dictis, siquidem grauitas offensae crescit ex dignitate psonae, nec tn ex infinita dignitate Dei offensi licet inferre grauitatem offensae

offensæ divinæ ée infinitam simpliciter. similiter perfectio cognitionis
crescit ex perfectione obti, nec tn ex infinita Dei perfectione infinite crescit
gratius cognitio aut visio & neq ex eo tn valor operaçoũm crescentes dignitate
personæ operantis licet inferre valorem operaçoũm Chri ée determinate infi-
nitum simpliciter ob infinitam dignitatem personæ ipsiq Christo tm licebit
inferre, sed discretione ée infinitum vel simpliciter vel secundum quid,
ita vt sit in ordine superiori respectu valoris operaçoũm quæ exercentur
a persona finitæ dignitatis.

Videri pt quicquid sit an sequentia rationis ex Suarez allata,
teneat hæc ée saltem eam tenere ratio mea, qa fundatur in hoc ée operaçes
personæ Chri habent dignitatem vere infinitam, & ideo debent habere etiam
valorem infinitum exantum in eo genere ée pt.

Sed vtra hanc responsionem o, qa quando a Theologis disputatur:
an Chri operaçes habent valorem infinitum n videntur facere distinctionem
inter valorem & dignitatem earundem operaçoũm, sed sumere illa pro re &
eadem, quare si ad probandum Chri operaçes ée infiniti valoris assumatur
qd Chri operates habent infinitam dignitatem pbti idem per idem & petitur
principium, cum assumatur id de quo & quæstio, qd sit dignitas & valor
operaçoũm Chri inter se distinguantur. Suarez ipse videt transferre diffi-
cultatem ad res ad alias aq ignotum & aq probatu difficile, qd si calcu-
lus suprafacta applicetur ad probandam dignitatem operaçoũm Chri ée infini-
tam simpliciter, facile negari poterit hoc in ée determinate edici, siquidem
eidem calculari sufficit si dignitas illa sit infinita secundum quid & in
ordine quodam superiori respectu peccati, atq ita hoc sufficeret vt Chris
potuisset regna satisfacere pro quæcunq peccato.

Rdebis rursum spri Suarez personam operantem multo magis
conferre ad moralem valorem operaçoũm, quam referat obtu vel terminus
ipsarum, siquidem operaçio procedens a divina persona dicit divina, vtra
vero operaçio hns Deum pro obto vel termino n appellat, sicuti ad humana,
& ideo ex infinita persona Chri dignitate recte potent colligi valorem
operaçoũm Chri fuisse infinitum simpliciter, quamvis neq cognitio,
terminata ad Deum neq offensa Deo facta crescat infinite simpli-
citer ex infinita Dei excellentia & dignitate.

Sed vtra hanc responsionem o, qa etiamsi ponamus personam
operantem magis referre ad valorem operaçoũm quam obtu referat ad
perfectionem operatis ad sequitur terminata, n tn ex eo qd operaçio crescat
ex maiore dignitate operantis & Chri persona sit infinite digna qd infer-
ri determinate valorem operaçoũm Chri fuisse infinitum simpliciter, sed
tm qd fuerit infinitus vel simpliciter vel secundum quid, vt patet ex dictis.

Adde qd, vt bene quidam recentiores adnotant, sicut operationes

facta,

facta divina prona appellant divina, ita etiam multi actus solum terminati ad Deum contradicuntur divini, nec ē dicitur divina fides, timor divinus. Sterna fides, spes, charitas dicuntur virtutes Theologicæ, nec ē Metaphysica licet appellari Theologia ē scia divina, quare cum huiusmodi appellationes n solum operationibus a divina prona profectis, sed etiam operationibus ad Deum terminatis, quarum valor ē dignitas ē infinita, veniant, r ēt licet ad eas refugere. et nam rationem tueat.

Tertio probari et suaragorita ratio hoc modo: divina Chri subsistia peculiarem habuit influxum in Chri operationes & mediante huiusmodi influxu contulerunt illis dignitatem ē valorem infinitum;

Quidam hanc rationem ita impugnant: subsistia divina n ēt actiua, qa relatio n ē actiua & subsistia Chri n potuit influere in Chri operationes. Sed contra hanc impugnationem ē, qa licet relatio fundamentalis n sit actiua, multæ tn relationes transcendentales sunt actiuæ, vt patet in ribus qualitatibus actiuis, quæ relationem transcendentalem dicunt tn solum ad Deum ed etiam ad ctu, cum a. subsistia divina potuerint relationes transcendentales quam fundamentales, vt ~~sitat~~ ex eo p prionas divinas constituunt, n bene infertur illas n ē actiuas, eo p relatio n sit actiua, quamvis revera illa qa sint actiuæ.

Contra rationem tn supra allatam ē, qa revera subsistia divina n ēt ~~relatiua~~ actiua & divina Chri subsistia n potuit habere effectum influxum in humanas eiusdem Chri operationes. Hæc ēt ex cons. Theologorum sentu ē facile probari pt: qa subsistia divina n ē actiua ad intra, siquidem scia generatiua in Deo n ē subsistia Patris, nec scia spiratiua in Deo ē subsistia Patris vel subsistia filij, sed potius ea a ē ctia divina notans eandem subsistiam, vt suppono ex pma parte. rursus subsistia divina n ē actiua ad extra, qa vel ē ad extra actiua vt ē talis subsistia, ita vt subsistia Patris sit actiua prout ē Patris subsistia, ē nec de cæteris; vel ē actiua tn secundum eandem rationem subsistiæ, ita vt subsistia divina sit principium agendi ad extra n prout inter se tradistinguuntur ē opponuntur, sed prout veniunt in vna ratione subsistiæ; mum a. dici n pt, qa ois Dei rursus ad extra ē vnum: bifuter cons. ōibus tribus personis, qd tn verum n ēt si divinæ subsistiæ vt tales vt ēt actiuæ, tunc qd idem ē immediatum principium agendi, qa tunc quilibet subsistia divina sibi vindicaret aliquam actionem peculiarem. vt sibi propriam; si a. dicat, dum sequitur de in Deo subsistiam absolutam qua qa multis negatur; deinde hoc dum, vt per se pt, n sufficit authoribus ratio quam impugnamus, qui volunt operationes Chri ex infiniti valoris qa peculiarem influxum provenientem ex prona Chri vt talis prona ē; multa alia possent afferri vna eandem responsionem qua breviatis ca a pretermittimus.

Quarto

Quarto ab alys retio hac ratione probatur: modus operandi sequitur modum
essendi, sed modus essendi Christi erat infinitus & eius operationes illius fuerunt
infinitae saltem quoad valorem & dignitatem.

Secundo hanc rationem & quia si vim hic probat etiam, ut dicitur, Dei opera-
tionem ad extra, vt securum quo tanquam causa prima una cum igne v.g. pro-
ducit ignem esse infinitum etiam physice, quia Deus hic modum essendi physice
infinitum. quod si dicas actionem physice finitam posse sequi ex agente,
quod etiam physice sit infinitum, retro & quia similiter fingi poterit ope-
rationem etiam moraliter finitam posse sequi ex agente infinito moraliter,
cuiusmodi est humanitas Christi quae erat principium operans meritorie
eiusdem Christi. Quasi rursum dicas operationem Dei ad extra vel securum
quo securrit cum causa causata non esse infinitum, quia sequeretur etiam a causa causata finita,
cum identificetur cum actione eiusdem causae causantis. retro, quia similiter Dei
poterit operationes Christi neque moraliter esse infinitas cum dependeant etiam ab
humanitate Christi quae est in se finita, probat retroactiveque eiusdem Christi
infinita.

Denique alii probant sententiam hoc modo: Christus pro nostris peccatis ob-
tulit pretium infinitum, sequitur eum obtulit seipsum & Christi opera quibus pro
nobis satisfecit habuerunt valorem infinitum nempe ex re infinita oblata
per eaedem oblationes.

Secundo hanc rationem & quia Christus non per quamlibet suam operationem
obtulit seipsum vel aliquid aliud infinitum, nisi forte dicatur operationem
illius fuisse aliquo modo rem oblatam & fuisse infinitam, de quo nunc retro-
vertitur, nec est. Christus talem oblationem fecit per actus temperantiae v.g. ac
eorumdem. Sed ita ratio non probat vigilanter ora Christi opera fuisse infiniti
valoris. Ergo retro eandem rationem & quia si Christi opera ex re oblata infinita
habuerunt valorem infinitum, sequitur etiam, ut bene notat Vasquez
disp. 6 cap. 2 num. 7. oblationem quae Beata Virgo obtulit pro nobis in mor-
tem filium suum fuisse infiniti valoris, & per consequens eandem dignam
infinito pretio nos redemisse, vel certe potuisse condigne redimere, quod tamen
falsum. Ratione sequitur oblationem quae sacerdos in altari Christum offert
esse infiniti valoris, quia res oblata est infinita. Seq. a. esse falsam manifeste patet.

Petit igitur efficaciter retio: mo extrava gantis de poenitentia
remissionibus §. 2. vbi cum Pontifex Clemens dixisset Christum Deum nos
sanguinis effusione acquisivisse thesaurum Ecclesiae, vt dicit in fi-
nito thesauro hodie paulo post subdit: non est dubitandum de sumptione
seu minutione dicti thesauri Ecclesiae ex infinita Christi merita, quamvis
a hinc non colligat esse certum de fide quod Christi merita sint infiniti valoris,
nunquam eos qui Pontifex ubi intendit hoc definire, certe illi auctoritas
multum confirmat nostram retiocem, vt petit; nec dicit quod Clementem loco cit. voluisse

Christi

Chri merita esse infinita tm secundum quid, ita vt nihil in gene regenori respectu peccatorum finito hominum geng vel ordo in quo sit peccata sit illimitatum proportionata, et ideo Chri merita excedant omem grauitatem peccatorum et omem valorem gratiae et gloriae possibilem, ita cum Pontifex merita Chri absolute dicat infinita et verba quoad fieri pt propria illegenda sint, si dicatur Pontificem voluisse Chri merita esse infinita tm secundum quid, ergo verba n illegerentur proprie, ga infinitum secundum quid n est infinitum proprie et simpliciter sed finitum, et ideo Authores qui eriorem defendunt sententiam et asserunt Chri merita fuisse infinita tm secundum quid et in gene superiori respectu peccatorum simpliciter et ante debito merita Christi dicunt fuisse n infinita sed finita, hoc est n infiniti valoris sed finiti, sicut etiam authores sequentes potiorem et nostram sententiam cum dicunt Chri merita habuisse valorem infinitum, n loquuntur de valore infinito secundum quid sed infinito simpliciter. quapropter et Clementem ex eo sensu locutum esse censendum et nisi vim sacris textui quam manifestis et violentis torquent illi, qui verba loci cit. volunt pte ita illegi vt Chri merita n habuerint infinitatem valoris et dignitatis propriam et intrinsecam, sed tm ex acceptatione Dei, siquidem aliquid acceptari pro infinito n est istud esse infinitum sed aliquid aliud longe diuersum. adde, si ita valoris operandum Chri referatur in extrinsecam Dei acceptationem inter alia absurda inde etiam sequitur quod homem potuisse seipse satisfacere pro peccato mortali, qa n pt assignari rtio cur Deus n potuerit illis operationes bonas acceptare in satisfactionem pro peccato mortali.

Dicitur ex Anselmo lib. 2 cur Deus homo cap. 6 cum ipse volens significare Chri satisfactionem fuisse necessariam ad satisfaciendum pro omnibus peccatis dicit n potuisse satisfieri pro peccato nisi pro illo soluerentur aliquid maius longe de qo Deus n est. Ex mente Anselmi Chri operationes, per quas satisfactionem et Dei, fuerunt infinitae simpliciter secundum valorem moralem, qa alias n fuissent maiores et eo qo Deus n est. Praeterea pte ex eodem Anselmo ibidem cap. ita ad finem vbi docet Chri vitam fuisse bonum tam amabile vt sufficeret ad soluendum et delectatur pro mundi peccatis plus quam in infinitum. multa alia loca tunder scripturis tum ex Patribus afferri solent ad probandam sententiam supra positam, quae eodem n satis urgent. Ideo omitto.

Certum est rationes ita vis effectus, quae n repugnat nec est contraria operi redemptionis coniunctae et in Christo, id est. plenitudo Chri dignitas exigit sed valor simpliciter infinitus operationes Chri nec repugnat nec est contrario operi redemptionis. Maior negari n pt nec a Theologorum mente discordat, ei, quae de Chri perfectione docent, referentur. Minor quoad eam partem stat, qa valor simpliciter infinitus operationum

Chri

Chri magis refertur ad redemptionem quam valor infinitus tm secundum quod
ingredem valor similiter infinitus facit redemptionem uberiorem,
eadem vero minor quoad maiorem partem relabitur lex solutione obiectorum.

Denique pbr: qa valor operacionis quem h superat premium infinitum
e infinitus simpliciter, vt per se stare videtur, atqui premium infini-
tum h superat valorem operacionis Chri, si e. poet ee offensa Dei infini-
ta simpliciter, vere reconcilio sive remissio talis offensae facta in pmi-
um operacionis Chri h superaret earum valorem, sicuti nec eum supe-
rat bellum aliud bonum finitum si potest ee pd in premium operacionis
Chri referri potest. Ergo valor operacionis Chri e ~~quod~~ finitus simpliciter.
Minor ubi qa premium debet ee proportionatum e excellentiae personae
operantis sicut vt iuro operante dignum sit, cum a. excellentia personae
Chri sit infinita, nec ullum premium nisi infinitum potest ee dignum
infinitae eius excellentiae necessario sequitur premium infinitum si potest
ee h superare valorem operacionis Chri, qa premium debeat ee propor-
tionatum excellentiae personae operantis sic, qa si nobilis alteri, inser-
uiat maiorem percipiet meretur quam si ignobilis illi famuletur, si
princeps pro lege — vg. militet in bello maiorem premium illi debetur
quam detur militi ~~fort~~ sortis vilis inferioris. similiter si quis
existens in peccato mortali exerceat actum virtutis merebit quidem
aliqd premium, h tm meretur beatitudinem, si vero sit in grata e amicis
Dei quodlibet opus bono meretur aliquam beatitudinis partem, hac ra-
tione rei nulla alia ee est, nisi qa premium debet ee proportionatum
dignitati operantis, vt dicebamus, quamvis e. bonum opus sive
opera virtutis, hac sua honestatis e bonitatis intrinseca mere-
atur premium, per accidens tm dignitas ipsa operantis aliquo modo moraliter
informat e fit habet significat eiusdem operacionem bonam, ita vt
integer eius valor exigens e determinans sibi tale premium
nihil aliud sit quam aggregatum ex bonitate operacionis exigentis premium
e excellentia operantis determinantis sibi tale vt tantum premium,
hac e valor infinitus operacionis Chri per modum vnius aggregati mo-
ralis ortus ex bonitate operacionis ipsius Chri exigentium premium e ex
infinita eiusdem Chri excellentia vel dignitate, cui nullum premium
nisi infinitum potest ee proportionatum, atq hanc rationem e excellentiam
infiniti valoris operacionis Chri indicavit Patres dicens. c. cap. 2 num.
14 e num. 29 ab illis verbis: at vero dignitas personae &c.

Objicies: opera Chri secundum eam rationem physicam
erant finita, e h poterant habere infinitum valorem, qa valor debet
ee aliquid reale.

R negando neg: ac probatam dico integrum valorem operacionis
Chri

Chri, de aliquid n̄ physicum sed morale stans ex honestate operationum
Chri e infinita ejus dignitate personali.

Objices 2do: quotiens ad constitutionem alicujus plura requiruntur ut illud sit infinitum simpliciter n̄ sufficit si unum eorum sit infinitum, atqui ad constitutionem valoris operationum Chri solum requiritur dignitas personæ operantis sed etiam alia requiruntur, in nro a. cane ipsa dignitatem personæ nihil aliud e infinitum, ut pte & valor operationum Chri n̄ fuit infinitus simpliciter.

R. quamvis ad valorem operationum Chri plura requirantur, ultimo tn̄ ille completur per dignitatem operantis, et stat ex supra dictis, quare ut valor operationum Chri sit infinitus in ratione satisfactionis e meritis sufficit dignitas infinita personæ Chri quæ quasi formaliter tanquam ultimum complementum immediate moraliter afficit earundem operationes modo supra explicato, quemadmodum adhuc ut Christus sit infinite dignus sufficit infinitas personalitatis Verbi ultimo terminantis humanam Chri nam quæ in se finita e et realiter sed ad infinitam personæ divinæ dignitatem e excellentiam, sicut etiam entitas operationum Chri n̄ constituit formaliter valorem infinitum sed tm requiritur ut operatio bona sit capax perfectæ infinitatis, ex his a. pte qd licet constitutive ex quinto n̄ sit adæquate infinitum nisi ora ejus constitutiva sint infinita, erit tn̄ inadæquate infinitum si una pars illius sit infinita, atq hoc modo Chri operationes fuerunt infinitæ nempe secundum partem e quasi formam quam includebat ut operationes morales vel meritoria, et hoc fuit sufficiens ut et infinita in ratione dignitatis e valoris meritorij.

Obyces 3tio: si quilibet Chri operatio fuisset infinita secundum valorem sequeretur unum infinitum fuisse majus alio, vel certe nullam Chri operationem habuisse majorem valorem quam haberent reliquæ oes, neq multas Chri operationes habuisse majorem quam habuerit una, qa multa infinita n̄ faciunt majus quam sit unum infinitum.

1. ad Timot. 4 fidelis sermo & oi acceptaõe dignus qa Chrs Iesus venit
in hunc mundum peccatores saluos facere. cum igitur in Scriptura
redemptio generis humani assignetur pro caa finali incarnaõis Dei
nec de vlla alia caa vlla fiat mentio in Scripturis, certe constat hanc
fuisse vnicam caam finalem incarnaõis, dum e. agimus de ys quae
pendent ex libera voluntate Dei n̄ possumus de ys aliter definire quam
ex reuelaõe nempe ex Scriptura & PP. quos idem clarius asserere dicemus.
Ddo igitur pbt ex PP. redemptionem generis humani fuisse
totam caam finalem incarnaõis, ÿ e. asserunt nullam fuisse aliam
caam cur Deus incarnaretur praeter liberaõem hoium a peccato & eorum
redemptionem. Nazian. oraõe 4 de Theologia: quae a. humanitatis
a Deo susceptae caa extitit. profecto vt salus nobis pararetur, quid e.
aliud caa afferri poit? Ambros. lib. de Incarnaõis Dnicae Imto cap. 6.
quae erat caa Incarnaõis nisi vt caro quae perierat redimeretur.
August. lib. 1. de peccatorum meritis & remiss. cap. 26: commodum,
inquit, arbitror aceruatim congerere quae occurrerint aut quae suffi-
cere videantur quibus apparcat Dnum n̄ aliam ob caam in carne venisse
ac forma serui accepta factum obedientem vsq ad mortem, nisi vt
hac dispensaõe misericordissimae graae, oes, quibus tanquam membris
in suo capite constitutis caput & ad capessendum regnum Coelorum
viuificaret, saluos faceret, liberaret, redimeret. & serm. 9. de verbis
Apost. nulla caa fuit veniendi Chro Dno nisi peccatores saluos facere,
tolle morbos, tolle vulnera & nulla e caa Medicinae.
Ad haec testimonia dupliciter responderi solet. primo e.
n̄nulli respondent eadem testimonia illigenda ee de incarnaõe n̄ se-
cundum substiam sed secundum modum vsq significari totam caam
incarnaõis Dei in carne passibili fuisse redemptionem hoium.
Sed contra e, qa in ysdem testimonys e sermo de substia
Incarnaõis, neq vllum e verbum ex quo colligi poit ibi ee sermonem de
Incarnaõe n̄ secundum se sed secundum carnem passibilem, quapp si
testimonia Patrum exponantur de Incarnaõe secundum modum mani-
feste vis infertur textui neq eius verba illiguntur proprie, cum tn certum
sit verba cuiuscunq sensus praecipue vero Scripturae & PP. ee maxime
proprie illigenda nisi necessitas obstet, quae in psenti nulla e.
Addo quando aliquid e solum caa alicuius conditionis quae
in actione reperitur, n̄ solet dici absolute caa actionis & multo minus
caa

caa vna praeter quam nulla alia sit, vt si v. g. quis Romam veniat caa lucrandi Iubilaeum, sed commoditatis graa veniat in equo n bene dicitur commoditatem fuisse caam cur Romam venerit sed Iubilaeum, cum ergo redemptionem hoium Patres dicunt fuisse caam Incarnaois e quidem vnica n pt hoc illigi de modo Incarnaois sed solum de eig substia.

Ado nnulli respondent ex testimonys supra allatis solu haberi hoium redemptionem fuisse totalem caam, id e, sufficientem Incarnaois, n tn ex illo concludi qd cum hac caa totali n concurrerit etiam alia totalis e sufficiens caa Incarnaois, ita vt Incarnao sit pp duas caas quarum vtraq fuerit sufficiens e totalis totalitate effectus n caa vt coniter dicitur. quapp authores hi concedunt quidem Incarnaoem fuisse factam e decretam ob redemptionem hoium tanquam ob vnam caam jmariam, sed simul volunt illam etiam fuisse factam ob aliam caam aeq primariam e proximam neq ob excellentiam ipsius mysterij Incarnaois e manifestaoem diuinae bonitatis in eodem mysterio.

Sed contra e, qa haec responsio n interpretatur testimonia allata sed ys contradicit. ptt: qa docere n fuisse aliam caam Incarnaois praeter redemptionem hoium, vt dicunt PP. nihil e aliud quam dicere redemptionem fuisse vnicam caam e n fuisse duplicem e totalem aliam, quapp dicere redemptionem hoium fuisse quidem per se caam sufficientem sed concurrisse simul cum alia caa totali, vt dicit responsio, e asserere qd falsum sit n aliam fuisse caam Incarnaois praeter redemptionem hoium qd tn PP. asserunt &c.

Dices: certum e Deum incarnatum ee pp gloriam suam, vt constat ex Prouer. 16: vniuersa pp semetipsum operatus e & n sola hoium redemptio fuit caa finalis Incarnaois sed etiam ipsa Dei gloria, e per consequens recte constitui pout duae caae finales Incarnaois, si tn illud n obstat PP. testimonys allatis, neq hoc obstabit.

Rs verissimum ee qd Deus pp gloriam suam incarnatus sit, verum ita illud explicandum e vt simul hant veritate Patrum testimonia, atqui illa n verificantur si affirmetur Dei gloriam etiam vt pscindentem a redemptione hoium fuisse caam sufficientem Incarnaois, vt volunt aduersarij. dicendum e igitur finalem caam sufficientem e totalem Incarnaois fuisse Dei gloriam vt resultantem determinate ex redemptione hoium, quapp cum PP. dixerunt n aliam fuisse caam Incarnaois praeter redemptionem hoium, sensus erit ~~determinaoem hu~~ redemptionem hoium determinate

sumptam

sumptam prout involuit divinam gloriam ex se resultantem
ita fée eadem finalem Incarnatis vt praeter horum redemptionem
eo modo sumptam nulla alia fuerit ea Incarnatis. ex quo
manifeste sequitur Deum saltem ex praesenti decreto n fuisse vacar
nandum si hoc n peccasset.

Obycies 3mo ex illis verbis Prouer. 8: Dng possedit me in
initio viarum suarum antequam quicquam fieret, colligitur Chri pra=
destinaciem fuisse principem creaturae mundi in divina voluntate, nempe
ita vt secundum nrum modum intelligendi Chri praedestinacem consecuta
sit voluntas creandi mundum, hoc. a. inde colligitur qa verba illa
coniuncte intelliguntur a P.P. de sapientia Dei incarnata ratione humani=
tatis vt testatur Cajetan. hoteri Bg. cum a. sapientia increata n
fuerit initium operum, hoc e, operum Dei ordine temporis seu exe=
cutione. sequitur saltem ordine divina voluntatis e praedestinatio
principem fuisse Christum tanquam caput reliquarum rerum, ac proinde
incarnaio n potuit ee praefinita ob redemptionem hominum tanquam
ob eadem vnicam. R. ex verbis illis colligitur Christum fuisse quide
a Deo constitutum vt caput e initium n quidem omnium operationum
Dei sed tm omnium operum ad redemptionem pertinentium quae sit via
per quas ad Deum redimg, atq hae interpretatio e communis inter P.P. intelli=
gentes illa verba de increata Dei sapientia; alij alias rationes assignant.

Obycies 2do. ad Colos. 1, dicitur Chri primogenitus omis
creaturae quoniam in ipso sit condita vniuersa. et infra: oia per ipsum
e in ipso creata st e ipso e ante oes e oia in ipso sit. ex his a. infert
Verbi Incarnacem in mente Dei prius praefinitam ee quam reliqua
oia futura, e per consequens Chri Incarnacem fuisse praefinitam ante
decretum de redemptione nra atq ita Chm venturum fuisse etiam
hoc. n peccante. R. si verba illa oia S. Pauli intelligantur de Chro
secundum divinitatem tm, vt multi P.P. volunt, nihil sequitur contra
nos vt ait. sed cum prima verba intelligantur de Chro secundum qd e
hoc, i n tm ideo Chri dicitur primogenitus omis creaturae qa prio ordine
eadem fuerit praefinitus quam vlla creatura, sed dicitur primogenitus
omis creaturae eo qd oes creaturas dignitate praecedat sicut primo=
genitis reliqui fratres praecedunt dignitate, ad qd facit locus ille S.
Pauli ie ego primogenitum ponam illum excelsum prae regibus terre.
e quidem Hieron. in eadem Pauli verba refert ad Chri divinitatem
supra oes creaturas. imo Vasq. disp. 70 cap. 70 negat vllum alium
praeter Rupertum qui e in contraria sentia, illexisse illa verba
Pauli de eo genere prioris de quo disputatur. reliqua vero verba
quoniam in ipso condita sit vniuersa nobis n offerunt, qa oes interpretes
illa

illa referunt ad Christum vt Deum, sicut etiam ad Christum eodem modo considerataṁ referuntur illa alia / e ꝯra in ipso / vt ibi ex th.

Obiceres 3to: 1. ad Corinth. 3 dicitur omnia vra sunt, nos a. Chri, Christus vero Dei, ergo a. Paulo dicit omnia esse electorum quia ad eos vt finem ordinata sunt, ita etiam dicit praedestinatos ipsos esse Christi, hoc est, ipsum tanquam ex. finem creatos et praedestinatos. Cum Christus etiam secundum humanitatem sit finis omnis creaturae, sequitur id etiam prius fuerit praefinitus et per consequens etiam ante suam redemptionem, atque ideo Incarnationem futuram fuisse etiam non peccante. Ad ea verba 1. Pauli non esse eo modo illegenda quo illiguntur ab adversarijs in obiectione, quia sensus ille non adeo accommodatus textibus, sicut et accommodatus textus quem affert Vasquez dicta disp. 10 cap. 10. vbi docet servum illius Iesu esse, id est redempti a Christo et sumus servi tota etiam vita nra debet esse Christo conformis et consecrata. praeterea adducit idem Vasq. interpretationem ab aduersarijs allatam non esse receptam ab alijs.

Obiceres 4to: 1 ad Corinth. 2 dicitur: loquimur Dei sapientiam in mysterio quae abscondita est, quam praedestinauit Deus ante secula in gloriam nram. cum a. his verbis Paulus Christum appellet sapientiam Dei praedestinatam in gloriam nram, sequitur finem ob quem Christus praedestinatus et fuisse gloriam nam humanam et non solum redemptionem nram. ex his a. colligitur etiamsi Adam non peccasset atque ita cessasset finis redemptionis nrae nihilominus venturum Christum quia maneret finis ob quem ille praedestinatus scilicet gloria nam humanae. Ibi sermonem est de gloria nra quam ex Christi redemptione erant consecuti et in quam Deus praedestinauit sapientiam in mysterio absconditam nempe sapientiam crucis quae in omnibus tanquam in mysterio dicitur esse abscondita. id a. Paulus his verbis allegatis loquatur de eadem sapientia colligitur ex alijs quae eodem capite paulo ante dixerat, non e. iudicauit me aliquid scire inter vos nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. ex his igitur colligitur Paulum verbis in obiectione allatis non de loquutum de gloria quae in incarnationis mysterio secundum se sumpta est sed quae est abscondita in passione et cruce Dni quamq Christus nobis sua passione et morte meruit. quae cum ita sint nulla ratione est inde inferri Christum fuisse praedestinatum ob alium finem a redemptione nra.

Addo secundam interdum videri assignare alios incarnationis fines praeter redemptionem generis humani. id innuit August. 13 de ciuit. Dei dicens alia multa esse cogitanda in Christi incarnatione praeter ablationem a peccato de quibus supra dictum. verum idem

fines

fines si recte considerentur n̄ sūt diuersi a redemptione hoīu cum in illa includantur aut ad illam dicant ordinem vt ē v: g: nr̄a illuminaō, iustificaō, glorificatio.

Obycies 5: Cyrillus Alexandr. lib. 5 thesau. cap. 3 contra Arianos docentes filium Dei ēe creaturam ē creatum a Deo vt nos crearet nosq ēe ab illo creatos, sic arg̃tatur: si vt nos cœterasq creaturas per filium produceret ipsum nempe filium ex nihilo produxit erit ipse pp. nos factus non nos pp. illum, ē ita nos præstantiores illo erimus creaturæ ipse vero instru ad creandas cœteras creaturas, præterea alia similia arg̃ta affert infra, quæ quis contra nr̄am sentiam conuertere poēt hoc modo: si Deus vt nos redimeret incarnaōem operatus ē nos n̄ erimus pp. Chrum, sed Chrus pp. nos, atq ita nos erimus quid melius quam ipse qd ē falsum.

R. qd Cyrillus adeo manifeste senserit incarnaōem factam ēe pp. nr̄am redemptionem vt de eius mente minime dubitari poēt, constat hoc n̄ solum ex illis 5 dial. de Trinit. citt. si e. n̄ peccassemus neq factus ēet nobis similis. sed etiam lib. 5. thes. cap. 8 vbi sic habetur: sciebat e. mortales nos futuros pp. peccatum ē ideo ex misericordia sua ante sæcula constituit vt Verbum suum ē initium viarū suarum ē fundtu fieret reuocaretq hoīem in seipso factus primogenitus in multis fratribus ē origo resurrectionis. præterea idem constat ex lib. 2. in Ioan. cap. 3. vbi sic ait: quoniam primus Adam libertate sua n̄ bonum vt debuit sed malum vt diximus elegit atq ideo morti addictus Spiritum S. amisit, de coelo nobis 2dum Adam misericordia misit. quæ cum ita sint iure optimo poūmus dicere Cyrillum in obiectione citato arg̃tari contra Arianos qui asserebant filium Dei ēe factum a Deo ad nos creandos, ita vt idem filius Dei respectu nr̄i se haberet sicut instru se h̄t respectu artificis, atq hoc colligitur ex n̄nullis quæ infra locum in obiectione adductum subdit idem Cyrillus, contra illud a. recte procedunt ē h̄nt vim arg̃ta Cyrilli, ea tn̄ n̄ vrgent nos qui volumus Chrū ēe incarnatum pp. hoīu redemptionem, n̄ tn̄ ita vt n̄ h̄at vllam aliam bonitatem aut amabilitatem nisi meri instri ad nos ordinati, siquidem vltro concedimus incarnatis opus fuisse præstantissimum ē fuisse pp. seipsum intendi absq vllo ordine ad nr̄am redemptionem, vt infra magis constabit.

Obycies 6to: idem Cyrillus lib. 5 thes. cap. 8. sic h̄t: profundatur ante nos Chrus ēc idq in præscia Dei vt cum ordine diuino benedictio maledictionem antecesserit. ex his a. sic arg̃tari licet: ex præscia Dei profundatur Chrus ē in eadem præscia ē ordine diuino benedictio nempe Chrus ē quæ in Chro nobis donata sūt antecesserunt maledictionem

onem, hoc ē, peccati permissionem & ex mente Cyrilli Chri praedestinatio in mente Dei antecessit peccati permissionem & per consequens voluntatem redimendi genus humanum. Q ē loco Cyrillum non male doctrinis n sumere peccati permissionem quae n ē mala, sed ipsa peccati executionem, & respectu illig recte docet Chri praedestinationem non profundatos illectam in mente Dei processisse, ac proinde negatur hns argti ex Cyrillo collecti. Qd a. Cyrillo ita sit explicando colligitur ex eiusdem verbis ibidem quae supra retulimus scribat mortales nos futuros &c quibus manifeste significat permissionem peccati prout dicit actam Dei fuisse priorem Chri praedestinatione. 100.

Ex his a. referri pt. cum idem Cyrillus ibidem sic ait eodem modo creator noster Chrus nra salutis fundatu etiam ante initium mundi fundavit ut si praevaricatione caderemus in ipso rursum revocaremur. eiusmodi verba n ē ita illigenda perinde ac si ps Cyrillus velit Chrum venisse ut vivificaret nos in statu innocentiae vel ut nos liberaret a peccato cum si fortasse accideret, sed ita ut velit Chrum venisse ut ēt fundatu humanae salutis acquirenda per liberationem a peccato iam praeviso, quoq ille particula, si, habebit vim particulae, quando, ut sensus sit Chrum venisse ut nobis ēt salutis fundatu quando peccassemus, qd si eadem verba illigerentur de renovatione facta per liberationem a peccatis actualibus, ut illigit Vasq. disp. 10 cap. 10. l. 6 sane eodem modo illigi colligitur ex illa particula rursus; particula, si, n erit accipienda pro particula, quando, qa cum Chrus n venerit primario pro peccatis universum actualibus pt concedi decretum Incarnationis praecessisse praevisionem peccatorum actualium ex peccato originali provenientium, ut ostabit.

Modo contra nram conclusionem objici etiam August. lib. 1 de nuptis & concupisc. cap. 27. ubi docere videtur qd coniugium, etiamsi n fuisset peccatum, futurum erat intra coniunctionis Chri cum Ecclia. ex quo inferunt adversarij August. ibi supponere qd etiam n existente peccato futura ēt incarnatio quae ē coniunctio Chri cum Ecclia. Sed revera August. revera loco citto nihil tale docet, ut pt ex textu; sicut nec quicquam docet contra nos lib. de spia & spiritu cap. 9. si tn ille liber ē Augustini, cum dicit Deum propterea factum ē hoiem ut totum hoiem beatificaret, qa ibi loquitur de beatificatione ipsius in redemptione, ut pt ex n nullis ibidem & alys supra relatis ex eodem Augustino. praeterea nos n urget idem August. lib. cap. 15. de nat & grat. ubi absurdum existimat ē concedere ut peccatum ēt causa misericordiae Dei, qa ellis verbis tn vult absurdum qd peccatum ita sit necessarium ad

mise=

misericordiam Dei vt sine illo hæc ēe n̄ poīt, qd nullo modo ex nrā rtioe sequitur, siquidem nos n̄ asserimus impoibile fuisse Deum incarnari hoīe n̄ peccante sed hoīe n̄ peccante Deum n̄ fuisse incarnandum.

Deniq nobis n̄ obstat Irenæus aduersus hæreses lib. 3 cap. 37 vbi ait: cum præexisteret saluans oportebat ē qd saluaretur fieri, vt n̄ vacuum ēet saluans. ex quibus n̄nulli inferunt prius decretam ēe incarnaoem quam fuerit decreta mundi creāo. n̄ obstat, inquam, qa ibi per saluantem illigendus ē n̄ Chrus sed Deus qui duraoe præexistit, cuius poīa vt haberet qd saluaret cōgruum fuit, vt haberet aliquem effectum. ex ys, a. quæ hactenus diximus ad obiectiones supra factas explicari poterunt si quæ alia ex ysdem aut alys PP. obyciantur. Vnum tn̄ Rupertum reycimus qui reuera nobis ē contrarius, sed eius auctoritas in hoc nullo modo ē excipienda, cum sit contraria vnanimi grauiorum ē antiquorum PP. sensui. deniq addo oībus fere obiectionibus supra relatis aliter ex alys Rderi pōe, sed per tempus n̄ licuit eorum responsiones examinare aut referre.

Obycitur 7: quamuis in Trid. sess. 6. can. 7. n̄ incarnāo, vt aliqui male dicunt sed gloria Chri dicatur ēe cāa iustificaōis tn̄ inde pt inferri & Deus prius istam gloriam voluit quā nrām iustificaōem vel redemptionem, ac proinde ipse etiam Chrus fuit etiam præfinitus in genere cāa finalis quam redemptio nrā ēet a Deo volita. R. ita ēe illigendum vt voluerit gloriam Chri ēe cāam finalem motiuam nræ redemptionis, sic ē incarnāo n̄ potuisset fieri pp. nrām redemptionem, sed fuisse cāam impulsiuam sine qua fuisset etiam secutura incarnāo. neq Scripturam ē PP. a nobis relatos licet eodem modo interpretari de cāa impulsiua, qa ipsi docent vnicam cāam volendi Incarnaoem fuisse redemptionem generis humani, neq futuram incarnaoem nisi genus humanum redimendum ēet, finis a. ille qui ē vnica cāa ē quo sublato cessat actio n̄ ē cāa impulsiua sed motiua.

Obycies 8: ex D. Thom. 2. 2dæ q. 2. art. 7. fides Incarnaōis fuit in Adamo etiam ante peccatum & etiamsi hōo n̄ peccasset adhuc Deus fuisset incarnatus. R. nego seq: qa quamuis Adam habuerit fidem pdictam ante peccatum, n̄ tn̄ illam habuit ex meritis Chri, aut certe si illam habuit ex meritis Chri, n̄ tn̄ dependenter ab illa vel Chro habuit grāam iustificantem. eodem modo respondendum ē cum dicitur ex D. Thoma ibidem

adjmum

ad ymum fuisse fidem Incarnaõis in Angelis, quos etiam ne-
ganduṁ è peccasse nolendo adorare Christu vel inuidendo hõi
vnionem hypostaticam, ita vt Incarnaõ fuerit otiu peccati
Angelorum, ac proinde ñ liet inferre peccatum Angelorum vel
peccatum hõis fuisse præuium post Incarnaõis præuisionem.

Obiceres 9°: potuit Deus Incarnaõem decernere rg ex-
cellentiam ipsiq secundum se accepta & pp nrãm redemptionem tan-
quam pp, ideaq eãs finales totales sufficientes, neq è cur negetur
Deum ita decreuisse de Incarnaõe. sed hoc posito Deus adhuc ex vi
præsentis decreti erit incarnatus licet hõo ñ peccasset &c. Maior
pbr: qa etiam aliter contingit vt hõo operetur ex intentione duo-
rum finium sufficientium & totalium, vt cum se quis confert ad
aliquem locum vt soluat alicui debitum è vt inuisat amicum, in quo
casu actio extrinseci motiuis simul pendet ñ solum a duabus causis
totalibus finalibus, vt pbtur, sed etiam a duabus causis totalibus efficientibus
nempe ab actu interno intendente solutionem debiti è ab actu
tendente in visitaõem amici.

R. Obst Vasquez disp. 20 cap. 8. num. 7. vbi multis con-
tendit neq voluntatem humanam neq è iuriam posse facere vnam è
eandem rem pp duos fines totales eo qd repugnet ex naã ipsius rei,
vt ipse exibimat.

Verum quicquid sit de hac re, negamus incarnaõem fu-
isse dependentem a duabus causis totalibus efficientibus, ideo è, qa vt
supra etiam diximus de ijs quæ pendent a sola voluntate Dei, ñ sunt
definiri nisi ex scripturis aut traditione vel PP. sed ex scriptura
nulla alia cognoscitur Incarnaõis caã nisi redemptio humani gene-
ris. è PP. expresse negant inter eandem ~~raõem~~ redemptionem fuisse
aliam caãm Incarnaõis, vb. colligit ex supradictis, & nulla alia in-
carnaõis caã assignanda è præter redemptionem hominis humani generis è
præterea quæ ad eandem redemptionem reuocantur, è per consequens
dicendum è incarnaõem ñ fuisse dependentem a duabus causis totalibus
finalibus sed ab vna tm, neq fuisse dependentem a duobus diuinis decretis
sed ab vno tm tanquam a caã efficiente.

Obiceres 10°: qui ordinate vult finem prius vult finem
ipsum deinde inter ea media prius vult illa quæ sunt propinquiora fini,
sed Deus ordinate vult finem è media, cum igitur Deus ipse è ejus gloria
sit finis, cætera vero creata sint media è inter illa incarnaõ sit medium
propinquum ipsi fini, sequitur voluntem è a Deo prius incarnaõem quam
illum aliud medium. R. qui ordinate vult finem è prius quam
velit medium remotius, vult medium propinquius fini ñ propinquitate

nobili-

nobilitatis sed caalitatis, cum ergo ex voluntate finis moueatur operans ad volenda media prius debet velle quod proxime necessarium est ad finem consequendum quam quod remote, quia sicut finis est caa volendi medium sibi proximum, ita hoc est caa volendi medium magis remotum, cum medium fini proximum sit veluti finis respectu aliorum mediorum, Incarnatio a. etiamsi nobilitate sit propinquior gloriae Dei quam redemptio generis humani, non tamen est propinquior caalitate quia non fuit ordinata ad gloriam Dei sed mediante redemptione generis humani. siquidem Deus sibi pro fine Incarnationis proposuit non eiusdem incarnationis excellentiam vel gloriam secundum se sumptam et praescindendo a redemptione hominum, sed gloriam prouenientem ex redemptione generis humani, vt colligitur ex probationibus supra positae conclusionis et manifestatione diuinae misericordiae erga peccatores et Iustitiae exigentis adaequatam satisfactionem pro peccato, haec a. manifestatio non prouenit immediate ex Incarnatione sed ex redemptione hominum, ut patet.

Obycies 11: si hominum redemptio esset finis Incarnationis eadem redemptio melior esset et nobilior incarnatione, siquidem finis semper est nobilior et perfectior iis quae sunt ad finem, sed consequens est falsum &c. et Antecedens. R. finem esse nobiliorem et meliorem iis quae ex natura sua ordinantur ad illum, non a. semper esse nobiliorem et meliorem iis quae ad ipsum ordinantur ex sola voluntate agentis. patet: quia sit quis actum religionis aut charitatis ordinare ad impetrandum a Deo actum poenitentiae vel temperantiae, et tamen multo nobilior est actus charitatis et religionis. praeterea assumptio carnis possibilis, passio hominis et eius mors ordinata sunt ad redemptionem hominum, vt concedunt aduersarij et tamen certum est illa esse meliora redemptione.

Addendum est Incarnationem non fuisse ordinatam ad nostram redemptionem tanquam ad finem vltimum, sed ad redemptionem tanquam ad finem proximum et ad Deum tanquam ad finem vltimum, quia alias cum Incarnatio sit quid excellentius redemptione peruersum fuisset Incarnationem ordinari ad redemptionem tanquam ad vltimum finem, et quamuis magis conueniens sit rebus ipsis vt ignobilior ordinetur ad nobiliorem, non est tamen disconueniens agenti vt nobiliorem ordinet ad ignobiliorem tanquam ad finem proximum et non vltimum.

Obycies 12: finis magis diligitur quam ea quae sunt ad finem &c. si redemptio est finis incarnationis magis a Deo diligitur redemptio quam hominis, quod est absurdum. R. ex antecedenti obiectionis tamen inferri quod Incarnatio sit magis volita a Deo ex occasione et ratione alterius quam nostra redemptio, non vero quod nobis Deus maius bonum

voluerit

voluerit quam Chro, vel qd magis sibi complacuerit in nobis quam in Chro, qd constat ex eo qd alias etiam adversarij deberent concedere Deum magis sibi complacuisse in nra redemptione quam in Chri passione et morte, cum etiam ipsi fateantur Chri passionem et mortem fuisse ordinatam ad nram redemptionem.

Ex dictis obiter colligi pt Incarnaoem ee quidem decretam occasione peccati, n tn ee bonum occasionaliter, qa primum significat incarnaoem n futuram fuisse nisi peccatum eet futurum qd vltro concedimus, secundum vero significat Incarnaoem n ee per se bonam sed tm habere bonitatem ex occasione peccati, vt medicina ex occasione morbi dicitur bona, qd e absurdum.

Obicies vltimo: praedestinao e posterior praedestinaoe Chri, siquidem Chrus fuit caa nra praedestinaois & decretum de redimendo humano genere e posterius decreto de Incarnaoe, e per consequens redemptio humani generis n fuit finis Incarnaois. R. praedestinaoem nram prout dicit ordinaoem huius e illius per particularia media in vitam aeternam ee posteriorem Chri praedestinaoe, siquidem eiusdem praedestinaois nra Chrus fuit caa, vt infra patebit. ex his a. n sequitur decretum de redimendo humano genere fuisse posterius decreto de Incarnaoe vel redemptionem nram n fuisse finem Incarnaois, vt stabit.

Quaeres: vtrum principaliter Incarnao Dei facta fuerit ad tollendum peccatum originale quam actuale?

R. e. Dico jmo. Deus de facto n solum incarnatus e ad remedium peccati originalis, sed etiam actualium. Pbr: qa Deus in remedium peccati incarnatus e intendendo remedium sufficiens contra lapsum primi parentis per qd hoies restituerentur in vitam aeternam iuxta illud veni vt vitam hant e abundantius hant, sed ex peccato primi parentis humana naa n solum contraxit necessitatem incurrendi peccatum originale sed etiam certum periculum perpetrandi peccata actualia tempore tentaou nisi ipse Deus aliqd remedium adhiberet vnde ipsa naa de salute periclitabatur & cum Deus incarnatus sit in remedium sufficiens ruinae nra ~~ruinae~~ naae e ad nram redemptionem debuit ordinare incarnaoem n solum ad remedium peccati originalis, sed etiam ad remedium peccatorum actualium, nimirum vt pro Chri voluntate dona graae distribuerentur e per eam peccata impedirentur, vt de peccato originali e n peccato actuali contigit Beatiss. Virgine e de actualibus in multis alijs, aut certe tollerentur postquam contracta eent, vt contingit in ijs qui iustificantur per poenitentiam.

Dico 2do. Deus magis principaliter incarnatus e vt redimeret humanum genus a peccato originali quam vt illud

redi=

redimeret a peccatis actualibus. ita S. Thom. art. 1. q. 4. Caietanus et alii ibidem. concludunt a. Illegitimae ita, vt quantum ex vi praesentis decreti Deus principaliter sit incarnatus ad redimendum a peccato originali.

Pb condio: qa ex vi praesentis decreti si fuisset solum peccatum originale sine actualibus adhuc Deus esset incarnatus, n tn ex vi praesentis decreti incarnatus fuisset si fuissent sola peccata actualia sine originali Ej Deus ex vi praesentis decreti incarnatus e principaliter pro redemptione nra a peccato originali. Prior pars Antecedentis pbt: qd manente motivo finali manet actus voluntatis et effectus, sc posito solo peccato originali sine actualibus maneret motivum finale ex quo decretum incarnaoe et maneret praesens decretum et per consequens incarnaoe sequeretur. Maior pbt. Minor pbt: n aliud fuit motivum incarnaois quam afferre remedium naae lapsae per voluntatem vnis hoc a. colligitur ex testimonio trium Pontificum in epistis decretalibus nempe Ry epla j. Leonis epla 83 et Agapeti epla 4. qui vt alii etiam recentiores bene annotarunt idem verbis asserunt filium Dei factum fuisse partiepem nrae naae, vt mortis vinculum vnis praevaricaoe contractum vnis morte solueretur. rursus idem colligitur ex Leone serm. 3 de pentec. si hoc ad imaginem et similitudinem Dei factus in sua honore naae mansisset, nec diabolica fraude decepti a lege sibi imposita concupiscentia deviasset creator Dei creatura n fieret. ex S. Gregor. lib. 4. cap. j. nisi Adam peccasset redemptorem suum carnem sumere n oportuisset. et ex aliis PP. referentibus Incarnaois causam in peccatum Adae, vel asserentibus Deum esse incarnatum ne tota humana naae periret, sine vt olim plane subsisteret. denique colligitur ex eo qd Chrs cognominatur 2da Adam nempe ex eo qd venerit vt merito suo repararet naae ruinam ex primi Adami peccato exortam sicut primus Adam peccato suo totam naam in se et quantum erat ex se vitiauerit.

Iam vero qd ex vi decreti praesentis Deus n esset incarnandus, si sola fuissent peccata actualia, qua e 2da pars antecedentis, pbt: qa n manente eodem motivo n manet idem actus voluntatis sive idem decretum eidem effectus, sed peccato originali secluso n manet idem motivum incarnaois quamuis essent peccata actualia Ej si sola peccata actualia fuissent n mansisset idem Dei decretum de incarnaoe, ac proinde ex vi praesentis decreti Deus n esset incarnatus. Minor pbt: qa motivum praesentis decreti incarnaois fuit, vt ratio ex supradictis subuentio naae humanae indigentis remedio a pp. peccatum primi parentis, qd afferebat posteris illus peccatum tum originale tum actuale, hoc a. motivum

etiamsi

etiamsi essent peccata actualia, non manet recluso peccato originali, hoc e, 103.
peccato primi parentis prout virtute continebat ruinam omnium suorum posterorum, quatenus ex eodem peccato certum periculum omnibus instabat incurrendi peccatum originale, et actualia nisi ab ijs preseruarentur.

Obiicies: ablata primaria causa alicuius decreti tollitur totum decretum, sed remedium peccatorum actualium includitur in primaria causa decreti incarnationis, id est remedium peccati originalis et actualis, et per consequens sublato peccato actuali tollitur primaria causa eiusdem decreti, et ablato remedio peccatorum actualium non maneret decretum Incarnationis, ac proinde posito peccato originali absque actualibus Deus non erit incarnatus ex vi eiusdem decreti.

Ex non tolli decretum quando tollitur eius causa primaria quoad aliquid eiusmodi, sed tolli quando auferitur illius motiuum formale, posito a. peccato inter actualibus causa primaria presentis decreti de incarnatione esset quidem sublata quoad aliquid modale, non tamen quoad motiuum formale, siquidem motiuum formale presentis decreti de incarnatione fuit afferre remedium quo natura humana lapsa posset peruenire ad vitam aeternam a qua per peccatum primi parentis deciderat, hoc a. totum, vt ita, posito illo peccato originali subsisteret, quia illud quantum e esse sufficeret ad excludendam totam naturam humanam a beatitudine, illud a. non consisteret positis solis peccatis actualibus sine originali.

Dices: quamuis non esset peccatum originale adhuc omnes posteri futuri essent peccare, atque si essent omnes peccaturi eorum peccata actualia essent causa illius ruina totius naturae humanae et solis peccatis actualibus positis consisteret motiuum formale presentis decreti incarnationis, quod e contra suaui dicitur.

Ex nedendo ma: e min: nego ntiam: quia motiuum formale presentis decreti fuit afferre remedium totti naturae humanae quae lapsa erat non per propriam voluntatem vniuscuiusque, sed per vnam voluntatem primi parentis quod non habuisset locum si remoto peccato originali omnes futuri essent peccaturi. hoc tamen non tollit huiusmodi ex vno e eodem decreto quo Deus incarnatus e in remedium peccati originalis sit etiam incarnatus in remedium peccatorum actualium, quia licet peccata actualia patrentur a propria vniuscuiusque voluntate, de facto tamen omnia deriuantur ex peccato primi parentis tanquam ex causa remota, nam cuius denegata essent auxilia gratiae efficacia ad vitanda eadem peccata. itaque in peccato originali simul etiam fuit periculum certum perpetrandi peccata actualia nisi remedium redemptionis adhiberetur. quapropter decretum redemptionis generis humani ab illa communi ruina necessario debuit extendi ad liberandum

a pec-

a peccatis actualibus quae ex vna causa communi provenerunt vel provenire possent, cui causa non potuit adhiberi remedium sufficiens ad beatitudinem sine remedio contra peccata actualia quae ex communi illa causa infallibiliter erant secutura.

Ex dictis a. colligi potest ex eo quod Deus incarnatus sit ad liberandos homines a peccatis actualibus, non sequitur quod incarnatio decreta sit post praescientiam peccatorum actualium reipsa contractorum, quemadmodum etiam neque ex eo quod incarnatus sit ad liberandos homines a peccato originali sequitur quod incarnatio decreta sit post praescientiam peccati originalis reipsa contracti, siquidem constat multos Christi meritis fuisse praeservatos per totam vitam ab omni peccato mortali, in quibus nullum potuit praevideri peccatum mortale futurum quamvis Christus opem tulerit contra peccata mortalia. praeterea multorum peccata supponunt incarnationem cuiusmodi sunt illa quae commissa sunt in Deum incarnatum sive illum blasphemando, sive persequendo, sive occidendo &c. atque haec peccata, ut patet, non potuerunt praevideri ante decretum incarnationis. denique cum B. Virgo praeservata fuerit non solum a peccato originali sed etiam ab omni peccato actuali nullum in ea praevideri potuit peccatum futurum. quapropter cum dicitur Deum incarnatum esse in remedium peccati originalis et peccatorum actualium id est ita intelligendum ut praeviso peccato Adami in quo tota nostra natura corruerat praeviso etiam certo periculo quod omnibus imminebat nempe incurrendi peccatum tum originale tum actuale nisi ab iis praeservaretur vel ab iis iam contractis liberaretur Deus decreverit incarnationem nempe ad subveniendum naturae humanae quae modo explicato corruerat.

Iam addendum est vnum quod magna ex parte colligitur ex dictis, nempe quod licet omnia quae sunt in Deo fuerint simul ab aeterno, nihilominus in mente divina iuxta nostrum modum intelligendi et cum fundamento a parte rei sita in ipsa rerum dependentia possent assignari sex instantia seu signa rationis spectantia ad incarnationem et redemptionem nostram; in primo a. instanti rationis Deus cognoscet omnes ordines rerum possibiles, in quibus Adam creari poterat, et quicquid in quolibet ordine futurum esset in suppositione quod Adam creatus esset in tali ordine rerum. in 2do signo rationis fuit liberum Dei decretum de creando Adamo in eo ordine rerum in quo de facto creatus est. in 3tio instanti fuit praescientia peccati Adami futuri cum certo periculo incurrendi peccatum originale et actuale imminens omnibus posteris eiusdem Adami. in 4to instanti fuit divinum decretum redimendi genus humanum per incarnationem et satisfactionem condignam. in 5to fuit praescientia et praevisio meritorum Christi. in 6to fuit divina voluntas distribuendi dona gratiae propter merita Christi atque in hoc instanti fuit vel certe incepit electorum praedestinatio;

quod

qd vt illigatur.

Addendum duplicem in Deo fuisse voluntatem circa nram redemptionem, nimirum alteram ex qua fuit voluntas Incarnaois & redemptionis, independens tn ex Chri meritis cum fuerit in Deo ante praevisionem meritorum Chri. alteram post praesciam meritorum Chri particularem circa singulos per quam facta e distributio varia donorum graae, nempe iuxta beneplacitum, vt nnulli docent, voluntatis praevisae ipsius Chri. porro instantia raois supra assignata recto illo ordine constat ex eo, qd obtu vnius cuiusq actus divini constitui in instanti raois posteriori, supponit obtu actus constitui in instanti priori, vt pt considerantí.

Ex modo dictis a. colligi pt prius secundum raoem fuisse pdestinaoem sive decretum Incarnaois quam praeviderentur peccata actualia posterorum Adae, siquidem haec peccata praevisa st post redemptionem faciendam, cum supponat distributionem graae in singulis vt evitari point peccata & permissionem peccatorum, hoc e, negaoem graae efficacis per Chrum qua peccata ipsa impedirentur. ex quo optime pt reddi rao cur etiam seclusis oibus peccatis actualibus posterorum Adae nihilominus perseverasset in Deo idem decretum Incarnaois, qa scilicet cum huiusmodi decretum haberet pro obto afferre remedium peccato primi parentis qd erat transferendum in posteros, & post huiusmodi decretum praevisa sint peccata actualia futura, quicquid ponatur futurum circa eadem peccata n pt variare decretum Incarnaois secundum raoem praecedens, qd e. prius e n pendet a posteriori, neq ex huius mutaoe mutari pt.

Denique addendum e qd licet ex dictis stet Deum ex vi psentis decreti n fuisse incarnandum si fuissent sola peccata actualia posterorum Adae, vtrum tn existentibus iidem solis peccatis n existente peccato Adae Deus fuisset incarnatus ex vi alterius decreti Deus n revelavit, neq ex iis quae revelata st facile deduci potest.

Dubitatio II.

Vtrum Christus sit praedestinatorum primus?

Certum e Chrum gloria & excellentia praedestinaois ee primum inter praedestinatos, cum e. Chrus nempe vt hoo pdestinatus fuerit ad filiaoem, vt recte docet S. Thom. q. 24. art. 1. & clarissime art. 2. in fine corp. reliqui vero ad solam gloriam n pt ee dubium quin infinito interuallo reliquos oes superet excellentia pdestinaois.

itaq

itaq cum quæritur vtrum Chrus predestinaõe reliquos præcedat seu predestinatorum sit primus in alio sensu accipit difficultas. pro qua re.

Aduertendum e predestinaõem si proprie loquamur n ee primam hois electionem ad gloriam, siue n ee primam intentionem Dei efficacem dandi gloriam alicui hoi particulari, talis e. intentio a Theologis couiter appellatur electio. prædestinaõ vero e procuraõ mediorum ad gloriam, siue, vt etiam supra indicauimus præordinaõ huius e illius per media particularia in vitam æternam. quando a. quæritur vtrum Chrus sit primus inter prædestinatos sensus e: vtrum Chrus in aliquo signo raõis priori sit volitus siue electus aut proprie predestinatus ante reliquos hoies.

Aduertendum e rursum si Chrus sit primus predestinatorum tripliciter id ee poe siue triplici de caa, nempe qa Chrus fuerit caa meritoria predestinaõis coeterorum, vel qa fuerit finalis caa illius, vel qa fuerit exemplaris caa eiusdem prædestinaõis. his præmissis.

Certum e Chrum n fuisse caam meritoriam vel finalem voluntatis diuinæ qua nos predestinauit, quæ voluntas pt appellari prædestinaõ foalis, qa cum illa voluntas sit eadem cum ipsa Dei eetia nullam pt habere caam, nisi forte dicas actus liberos in Deo superaddere eetiæ diuinæ aliquam habitudinem a diuina eetia virtualiter distinctam, hac e. sentia posita n videtur poe reddi raõ cur n potuerit ee caa finalis vel meritoria alicuius actus liberi in Deo. Quod si dicas temporale n poe ee caam æterni. Contra e qa temporale ab æterno præcognitum pt ee caa meritoria siue caa finalis e raõ æternæ determinaõis liberæ, si aliunde pp oimodam eius identitatem cum eetia diuina vel prioritatem aut simultatem in signo æternitatis n repugnat, vt vere n repugnat, posito qd actus liber Dei superaddat aliquid diuinæ eetiæ virtualiter ab illa distinctum.

Supposita igitur sentia coui de actibus liberis Dei nempe qd n sint aliquid virtualiter distinctum ab ipsa eetia Dei, cum quæritur: vtrum Chrus fuerit caa meritoria vel finalis e exemplaris nræ prædestinaõis, sermo e de prædestinaõe n foali sed quodammodo obiectiua siue de effectibus prædestinaõis formalis.

Dicendum e Chrum fuisse caam nræ prædestinaõis imo etiam electionis ac proinde fuisse, qd inde manifeste sequit, primum predestinatorum e electorum. in hac relioe conuenimus cum S. Thom. q. 24. art. 4. Alberto in 3. dist. 10. art. vlt. Bonauent. ibidem dist. 17. art. 1. q. 3. e alijs quos refert e sequit Suarez in 3 parte disp. 94. Arubal similiter in 1a parte disp. 78. qui oes docent Chrum fuisse caam meritoriam nræ prædestinaõis.

imo

imo S. Thom. q. j. citta. art. 3. & interpretes ibidem docent Chrum fuisse etiam caam exemplarem nrae redemptionis. praeterea Vasq. in art. 3. q. 14 docet aliquos recentiores velle Chrum fuisse caam finalem nrae praedestinaois, qd ipse asserit ita ee illegendum, n quidem qa nra praedestinao fuerit medium ad Chri praedestinaoem tanquam ad finem cuius graa, hoc e, vt Chrus praedestinaretur, sed qa Chrus praedestinatus e finis cui nrae praedestinaois & gloria Chri e finis cuius graa eiusdem praedestinaois. quapp oes auctores supra citt. vt istat, tenentur assereze Chrum ee primum inter praedestinatos. hoc tn e contra Scotum in 3 dist. 19. q. j. Almainum ibidem q. j. & alios negantes Chrum ee caam meritoriam nrae praedestinaois eoqd velint electionem & praedestinaoem nram fuisse ante praevisionem peccati primi parentis, & consequenter ante praevisionem meritorum Chri & ipsius adventus, ex quo manifeste sequitur Chrum posterius secundum raoem fuisse praedestinatum.

Pbt conclio jmo ex S. Paulo ad Ephes. j. vbi sic ait: benedixit nos oi benedictione spirituali in Chro, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt eemus sancti. & infra. praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Chrum secundum propositum voluntatis suae. quae verba cum S. Ambros. Anselmo & D. Thom. in illum locum ex S. Paulo citatum Augustus lib. 2. de praedestinaoe SSrum cap. 17. & 18. illigit de nra electione & praedestinaoe tunc facta ex Chri meritis. praeterea qd ibi Paulus velit electionem & praedestinaoem factam ee per Chrum ptt ex illis verbis elegit nos in ipso, siquidem illud, in ipso, apud Scripturam significat caam meritoriam, vt ptt ex illis verbis benedixit nos benedictione coelesti in Chro, vt notat Chrysostom. Theophil. Ecumenius & alij, & rursum ptt ex illis verbis: captus e in peccatis nris, hoc e, pp peccata nra. quaze idem Paulus eodem cap. ad Ephes. explicans magis illud, elegit nos in ipso, sic ht: praedestinavit nos per Jesum Chrum, sine dubio significat caam meritoriam vt oes exponunt, & illud, in ipso, significat caam finalem. denique ad Rom. 8 sic ait: quos praescivit & praedestinavit conformes fieri & c. quibus verbis significat Chrum ee Idaeam & caam exemplarem nrae praedestinaois, ac proinde necesse e vt Chri praedestinao praecesserit praedestinaoem ipsorum hoium, quapp & illius merita debuerunt praecedere in praescia Dei praedestinaoem hoiu, ita vt Deus pp eadem merita motus sit ad eligendos efficaciter & praedestinandos ipsos electos. cum igitur

ex

ex longiora habeamus Christum fuisse causam meritoriam, finalem, et exemplarem præ electionis et prædestinationis, sequitur Christum fuisse ante reliquos homines voluntum et prædestinatum et fuisse primum prædestinatorem hominum.

Ad 1 Dico ibi, ratione: quia non repugnat Deum prius voluisse Incarnationem Christi in remedium peccati et postea elegisse efficaciter aliquos determinate sive secundariter ad gloriam eos prædestinasse, atque hoc et magis conveniens excellentiæ ipsius Christi redemptoris et non debet hoc illi denegari, cum, ut supra diximus, ex excellentiam Christo nihil denegandum sit quod non sit impossibile, quod non repugnet dignitati redemptoris aut ipsius operi redemptionis, et per consequens dicendum est Christum fuisse voluntum et prædestinatum ante prædestinationem reliquorum hominum et fuisse causam eiusdem prædestinationis.

Objicies: redemptio generis humani fuit causa finalis adventus Christi, ut constat ex supradictis, et necesse est ut faciat prius voluta nra redemptio quam Christus, cum in intentione prior sit voluntas finis quam mediorum et talis voluntas Dei non sit causa merita Christi et per consequens nra redemptio non erit dependens ab ipso Christo, nec Christus erit primo electus vel prædestinatus.

Ad 1 Causam finalem Christi adventus sive incarnationis Dei fuisse redemptionem generis humani non quidem prout dicit electionem vel prædestinationem omnium hominum, quia non omnes homines fuerunt electi aut prædestinati, neque prout dicit electionem vel prædestinationem huius aut illius hominis in particulari, quia sicut Christus fuit causa meritoria talis electionis et prædestinationis, ita prius secundum rationem fuit a Deo voluntus Christus, quam ex tota posterorum Adæ massa hic aut ille. Causa igitur finalis adventus Christi fuit redemptio generis humani prout dicit salutem aliquorum indeterminata sive disjunctim horum vel illorum, ita ut voluntas efficax redemptionis et salutis nra hoc modo sumpta præcesserit decretum Incarnationis huius et illius hominis in particulari.

Dices: voluntas redemptionis indeterminate sive horum vel illorum disjunctim est actus imperfectus cum sit confusus et non ponendus in Deo. Ad 1 negando hoc, quamvis e. talis voluntas non feratur determinate in illius salutem, nihilominus ex parte obiecti erant voluntati divinæ proposuit distinctissime omnes homines futuri, ita ut non per confusam cognitionem obiectorum voluerit salutem aliquorum indeterminate sive disjunctim horum vel illorum, sed tantum pro libertate sua, quod nullam dicit imperfectionem, ut constat ex eo quod cum Deus incarnatus sit ex voluntate libe-

randi

randi hoies a peccatis tum originali tum actualibus, et multi de facto non fuerint efficaciter liberati a peccato originali et re ipsa ab actualibus multi non fuerint liberati sequitur Deum ante decretum Incarnationis habuisse voluntatem efficacem liberandi a peccato originali et etiam actualibus non quidem omnes homines sed tantum aliquos indeterminate siue disiunctim hos vel illos ex omnibus hominibus futuris qui omnes distinctissime cognoscebantur ab ipso Deo et eodem modo erant propositi diuinae voluntati; praeterea idem patet ex illis Dei verbis num. 7: si quis fuerit inter vos propheta Domini in visione apparebo ei vel per somnium loquar ad eum. et Leuit. 12 et num. 6. offeret duos turtures vel duos pullos columbarum. his e. verbis manifeste significatur fuisse in Deo actum voluntatis indeterminate siue disiunctim obligandi hebraeos ad duos turtures offerendos.

Ex prioribus a. colligitur in Deo fuisse voluntatem disiunctim apparendi prophetae in visione vel loquendi illi per somnium, ac proinde cum tales actus fuerint in Deo non possunt esse imperfecti.

Obyciet rursum: Adam non fuit electus aut praedestinatus dependenter a meritis Christi, et per consequens idem dicendum est de Eua. Et Christus non est primus omnium hominum praedestinatorum. R. nego Ans. quod a. Adam et Eua fuerint electi efficaciter et praedestinati dependenter a meritis Christi non solum colligo ex S. ~~Matth.~~ orat. 2 contra Arianum. August. serm. 8 de verbis Apostolorum. Fulgent. de Incarnatione cap. 7. vbi absque vlla exceptione docent nisi Deus esset incarnatus nos non fuisse liberandos a potestate diaboli vel a nostris peccatis, sed praecipue ex S. Leone epistola 13 decret. vbi habet: nisi nouus homo nostram sibi naturam vniret sub iugo Diaboli generaliter teneretur humana captiuitas. particulâ e. illâ, generaliter, S. Leo comprehendit etiam Adamum et Euam, atqui si Adam et Eua efficaciter fuissent praedestinati et electi independenter a Christi meritis falsum esset quod absque Christi aduentu Adam et Eua non essent saluandi vel liberandi, quia cum Deus per poenitentiam mutari non possit ex vi illius primae intentionis efficacis quae cum Christi aduentu connexionem habere non potest, diuina voluntas esset determinata ad liberandum Adamum et Euam a peccatis suis eosque saluandos per aliquod aliud medium si aduentus Christi non fuisset futurus. Praeterea quod bene negetur Ans. constat etiam ex ratione, quia nimirum eadem ratio qua supra probatum est Christum fuisse causam nostrae electionis ac praedestinationis et ideo Christum fuisse primum praedestinatorum probat etiam de Christo respectu Adami et Euae, vt constat.

Athan.

Addendum

Addendum est tamen quamuis haec secundum nos vera sint nihilominus gratia quam Adam habuit in statu innocentiae non fuit dependens a Christi meritis. atque id docet S. Thom. q. 9. de veritate art. 4. ad 3. Lotus de natura et gratia cap. 6 et alij. ratio a. est, quia decretum dandi gratiam Adamo ordine naturae fuit ante visionem peccati illius, siquidem Adam fuisset creatus cum eadem gratia etiamsi peccatum Adami non esset futurum. decretum a. Incarnationis fuit post praevisionem huius peccati, ut constat ex dictis, et per consequens fuit post decretum dandi gratiam Adamo. Ej gratia status innocentiae non fuit dependens a Christi meritis. idem a. dicendum est de gratia Angelis data cum ea non fuerit magis dependens a Christo quam hominis in statu innocentiae.

Addo quod sicut Deus non est mortuus pro Angelos ita neque pro ipsos est incarnatus, ut communis sententia docet, ac proinde neque ipsorum praedestinatio aut iustificatio quae per gratiam habetur fuit dependens a Christi meritis.

Denique ex dictis colligitur Christum ita esse caput hominum ut sit causa praedestinationis illorum et determinate sit primus inter omnes homines praedestinatos qui respectu coeterorum sunt quasi principes respectu mancipiorum in multitudine et eorum Christus dicitur esse caput.

His absolutis tractandum esset de scientia Christi, de qua S. Thom. q. 10. 11 et 12. verum quia in tota hac materia non est magna controversia inter Scholasticos saltem hoc tempore, et per tempus non licet examinare omnia quae ex D. Thomae quaestionibus supersunt, ideo omissis iis quae de scientia Christi dicuntur et videri possunt praesertim apud Suarez et Vasquez. nonnulla alia magis controversa et maioris momenti tractabimus.

DISPVTATIO V

De impeccabilitate Christi eiusque libertate.

De Christi impeccabilitate D. Thomas egit q. 15. art. 1. et 2. de eiusdem libertate egit q. 18. art. 4. ideo nos hic breuiter de vtroque agemus.

Caput I.

CAPVT I.

De Christi impeccabilitate.

Ponendum ē tanquam de fide certum nullum fuisse in Chrō peccatum. ptt ex 1.a Petri cap. 2 qui peccatum n̄ fecit nec ē inuentus dolus in ore eius. & ex cap. 7 epl̄ae ad hebraeos: oportebat vt nobis eēt Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus. & ex illis Chri verbis Joan. 6. quis ex vobis arguet me de peccato. idem sancitum ē in Concilio Ephes. can. 1. in Lateran. sub Martino 1. & in 6 Syn. art. 18. & 17 in definitione fidei.

Ponendum ē 2do Chrum & eius humanitatem fuisse oīo impeccabilem raōe visionis beatificae, qa cum visio beatifica sit clara & intuitiua cognitio summi boni nempe Dei, sicut oīo necessitat ad Dei amorem, ita etiam necessitat oīo ad n̄ peccandum. quapp. remanet tm̄ controuersum: vtrum Chrus fuerit impeccabilis raōe vnionis hypostaticae p̄scindendo a visione beatifica, & posito qd raōe eiusdem vnionis sit impeccabilis, vtrum sit impeccabilis physice, an tm̄ moraliter.

Primo a. quidam affirmant Chri humanitatem de poīa absoluta potuisse peccare. ita Durandus in 3. dist. 2. q. 2. idem indicat Scotus ibidem q. vnica & dist. 2. q. 1. vbi vult Chrum ēe impeccabilem n̄ raōe vnionis hypostaticae sed raōe beatitudinis. quare cum Chrus de poīa Dei absoluta potuerit n̄ habere visionem beatificam etiam per eandem poīam secundum Scotum peccare potuit. idem indicat Gabriel in 3 dist. 1. q. 2. & dist. 12. q. 1. argta vero quae pro hac sentia afferri pōnt infra videbimus.

